Expositio Egidij romani super libros posterioꝝ Aristotelis cū textu eiusdez.

¶ Excellentissimi artium ⁊ sacre theologie doctoris dñi Egidij Romani Archiepiſulis bituricẽſis. ordinis heremitarũ ſci Augustini i libros posteriorũ Arist. expositio.

V Enerabili viro ex anglorũ ſpectabili ꝓſapia oriũdo dño ſtephano ƌ moulay. frater Egidius romanus ordinis heremitarũ ſci Augustini. ſalutẽ in eo q̄ eſt fons ſapie ⁊ ĩtellectus. In 2°. rhetoricorũ phs volẽs de nobilitate aliq̃lez notitiã tradere honoris amatiuã ipaz eſſe deſcripſit. Cũ ḡ de nũero bonorũ honorabiliũ ſciam opinemur. decet nos q̃dã moueri ſolertia ad capeſſẽdaz phicã diſciplinã. ⁊ maxĩe qñ ſil' cũ nobilitate generis ↄcurrit mẽtis idustria ⁊ ꝑſpicacitas ĩtellectus. Quare ſi me veſtra nobilitas reqſiuit q̃ten⁹ id modicũ. qδ ad expoſitionẽ libri poſteriorũ ediderim tꝑibus retroactis cura ꝑuigili cõſũmarez. tanto vos magis oñditis origine nobilẽ ⁊ aĩo generoſuz q̃to ꝑfatus liber ĩter ceteros alios ĩtellectũ humanum clarius ⁊ certius dirigit in abdita ſciarũ. ad qδ ꝣelo vr̃e dilectionis eximio vna cũ vtilitate rei publice iclinat⁹: annuẽte altiſſimo editionẽ ꝓſeq̄r ꝓut veſtra excellẽtia generoſitas poſtulauit.

P Hiloſophus in tertio ƌ aĩa volẽs oñdere modũ cognoſcẽdi ĩtellectus nr̃i ait. ꝙ oz aũt potẽtia eẽ cognoſcens in ipſo. ſi ṽo alicui ineſt ↄriũ ipſe ſemetipſuz cognoſcit ⁊ actu eſt ⁊ ſepobile ẽ. Ex qb⁹ ṽbis ſuff. cietr inueſtigare poſſum⁹ neceſſitatẽ dyaletice. ſpãliter libri poſteriorũ quẽ habem⁹ pre manib⁹. Nã ſup illo ṽbo phi. in. 2. meta. malũ ẽ ſil' q̃rere ſciaz ⁊ modũ ſciẽdi. vult ↄmẽtator ꝙ modũ ſciẽdi appellet logicã ſine q̄ nõ põt eẽ aliqs ĩſtruct⁹ in aliq̃ ſcia: qꝛ vt ibidẽ innuĩt logica ẽ q̃daz via ad ceteras ſcias. q̄re dyaletica de q̄ itendim⁹ ſmonẽ facere eſt magis modus ſciendi q̃z ſcia. Nã non eſt neceſſaria logica ꝑꝑ res ſcitas ſed ꝑꝑ nr̃m modũ ſciẽdi. poſſunt eni res ſciri abſq̧ logica. nã ſube ſepate qꝛ nõ ĩtelligũt cũ diſcurſu vt ſciãt res nõ ĩdigent logica. q̄re logica magis ẽ dcã modus ſciẽdi q̃z ſcia: qꝛ nõ tñ ꝓpter res ſcitas ſꝫ etiã ꝓpter nr̃m modũ ſciẽdi neceſſe fuit logicã ĩuenire. cũ modus cognoſcẽdi noſter ſit in potẽtia. qꝛ vt dictũ ẽ ĩtellectus nr̃ ẽ potẽtia cognoſcẽs. oz ex potẽtialitate ĩtellectus nr̃i inueſtigare cãm q̄re neceſſe fuit iuenire dyalecticã. ḡ qꝛ ĩtellect⁹ nr̃ eſt cognoſcẽs in potẽtia. ⁊ qꝛ in actibus rõnis ẽ potẽtialitas admixta. põt ibi cadere malũ ⁊ error. ¶ Ne ḡ ꝑꝑ potẽtialitatẽ admixtã male rõcinemur ⁊ errem⁹ in actibus rõnis ĩuenta fuit logica que eſt hꝫ actus directiua. vnde ⁊ phs dicit in. ii. meta. loquens de errare ⁊ malo ꝙ malum non eſt abſolutuz a rebus exiſtentib⁹ in potẽtia. ⁊ ſubdit ibidem. ꝙ malum nãliter eſt poſt potẽtiaz. ⁊ idem ibidem dit. ꝙ in rebus que ſunt eterne ⁊ que ſũt actu non eſt aliqδ malũ oĩno neq̧ error. Itaq̧ ſic amoto priore tolliẽ poſterius. ſic amota ipſa potẽtia tolliẽ oẽ malũ ⁊ oĩs error: qꝛ vt pꝫ ꝑ habita. malũ ⁊ error nãliter ſunt ex potẽtia. Si ḡ dyaletica iuẽta eſt ne errẽ in actibus rõnis: cũ hꝫ error non poſſit originẽ ſumere niſi ex potẽtialitate itellectus noſtri. bene dcm̃ eſt: ꝙ qꝛ intellectus nr̃ ẽ potẽtia cognoſcẽs: iδ põt in ſuo actu errare: ad obuiãdũ neceſſe fuit logicã ĩuenire. h° ḡ eſt quod ait phs loquẽs de intellectu noſtro. ꝙ oz eẽ potẽtia cognoſcẽs ⁊ in ipſo oz eẽ potẽtialitatẽ quãdã. Si ṽo alicui ĩtellectui ineſt ↄrium huius qδ non ſit potẽtia cognoſcens ipſe hꝫ ĩtellectus ſeipm cognoſcit ⁊ actu eſt ⁊ ſeparabile a potentialitate ⁊ in eius ĩtellectu nõ põt aliquis error incidere. Tota igitur cauſa quare indigemus dyaletica tanq̧ vis ad alias ſcias. ſumitur ex potentialitate ĩtellectus noſtri. ex qua potentialitate põt admiſceri error in actibus rõnis. Quare ſi ex potẽtialitate intellectus noſtri oportet inueſtigare neceſſitatez dyaletice. iuxta triplicem potentialitatem quã in intellectu noſtro conſpicimus. poſſumus tres eſſentiales partes aſſignare dyaletice. Nam intellectus noſter ꝑmo eſt ĩ potẽtia: qꝛ non ſtatim cũ intelligit genus intelligit drĩas. nec ſtatim cũ ĩtelligit drĩaz intelligit ſpẽm. ne ergo in hꝫ ↄceptõibus erretur neceſſe fuit vt patebit tradere ſclaz libri ꝑdicamentorũ. Scdo intellectus noſter eſt in potẽtia: qꝛ non ſtatim cũ intelligit ſubiectum ĩtelligit ꝑdicatum ne ergo in cõiungẽdo ꝑdicatũ ſubiecto. ⁊ ne in formãdo enũciationez erretur. neceſſe fuit iuenire ſclam libri pheyermenias. in quo de enũciatione tractaẽ. Tertio ĩtellect⁹ noſter eſt in potẽtia: qꝛ non ſtatim intellectis ꝑncipijs ĩtelligit ↄclones. iδ ne in ſillogizãdo. ⁊ ne iducẽdo cõcluſiones ex ꝑncipijs error accideret: neceẽ fuit iuenire illã partẽ logice traditaz in arte noua. vbi de oĩ ſillogiſmo tradiẽ notitia. Primo ergo ĩtellectus noſter eſt in potẽtia: qꝛ nõ ſtatim cũ ĩtelligit genus ĩtelligit drĩaz: nec ſtatim cũ ĩtelligit differentiã ĩtelligit ſpẽm ꝑpter qδ errat in intelligẽdo ſimplicia ⁊ in formãdo diffinitionẽ. Naz licet circa ĩtellectũ ſimpliciũ nõ ↄtingat error ꝑ ſe. accidit tñ ibi error ꝑ acciñs ꝓut in ipſo ĩtellectu ſimpliciuz rõne modi ĩtelligẽdi hꝫ ibi eẽ q̃dã ↄpoſitio q̄ ẽ duplex. Nam ĩtelligẽdo ſimplicia ⁊ formãdo diffinitionẽ ꝑmo cõiungim⁹ drĩaz generi ⁊ cõſtituimus diffinitionem. 2°. adaptamus diffinitionẽ cõſtitutã diffinito: ⁊ ĩtelligim⁹ rei q̄ditatẽ. Poteſt ergo in talib⁹ eẽ error: vel qꝛ debitam drĩaz nõ cõiungimus debito generi: vtputa ſi latũ adderemus lınee; vel qꝛ debitã diffinitionẽ nõ addim⁹ debito diffinito; vtputa ſi diffinitionem vnius rei adaptaremus alij. ⁊ qδ dictum eſt de diffinitiõe ĩtelligẽdũ eſt de omni deſcriptione. Nam ⁊ in deſcriptione cõtingit error: vel qꝛ deſcriptionem non debite formamus: vel qꝛ eam nõ debite adaptamus. Si ergo ſtatim cum intelligimus genus intelligeremus drĩaz nõ erraremus in formãdo diffinitionem: ⁊ ſi ſtatim ĩtellecta differentia ĩtelligeremus ſpẽz nõ erraremus in adaptando diffinitionem debito diffinito. Et ſicut contingit errare in diffinitiõe dupliciter. vel qꝛ diffinitionez nõ debite formamus: vel qꝛ eam nõ debite adaptamus. ſic ẽt cõtingit errare dupliciter in deſcriptiõe: vel qꝛ deſcriptionẽ nõ debite formamus: vel qꝛ eã nõ debite adaptamus. ⁊ qꝛ intelligendo ſimplicia ⁊ intelligendo ſignificata terminorũ ſemꝑ formamus nobis aliquem vnum conceptum qui cõceptus in habentibus diffinitionẽ eſt diffinitio. iuxta illud. 4. meta. Rõ quã ſignat nomẽ ẽ diffinitio: in non habentibus aũt diffinitionẽ eſt aliquid loco diffinitionis: qꝛ eſt aliqua deſcriptio. in hꝫ deſcriptionibus quas format ĩtellectus in intelligendo ſimplicia põt errare; vel qꝛ nõ debitum cõceptum format: vel qꝛ debitum cõceptum nõ aptat debite q̄ditati. nec debitam diffinitionẽ debito diffinito. ¶ Sꝫ ſi intellect⁹ noſter nõ eẽt ĩtelligẽs in potẽtia: ſtatim cũ ĩtelligeret gen⁹ vel qδcũq̧ cõe ĩtelligeret ea ꝑ q̄ debite põt ↄtrahi: ⁊ nõ erraret in formãdo diffinitiones: nec in formãdo quoſcunq̧ ↄceptus ⁊ q̄ſcũq̧ deſcriptiões. ⁊ ſi ſtati cũ format ſibi cõceptus aliquos. ĩtelligeret q̄ditates quarũ ſunt

illi 𝔠ceptus sicut non erraret in formādo conceptū sic non erraret in adaptādo 𝔠ceptus rebus. Quare si itelligendo simplicia ꝑpter potētialitatē itellectus nostri errare possumus: vel qꝛ non debite formamus 𝔠ceptus. vel qꝛ conceptus formatos non debite adaptamus. ne erraremus in iformando in mēte nr̄a 𝔠ceptū sube. ꝛ cuiusƺ ꝑdicamēti. ꝛ ne erraremus in adaptādo hoꝝ 𝔠ceptꝰ formatos qditatibꝰ: vt qꝛ forte conceptū q̄ntitatis ꝛ id qd̄ significat̄ hoc noīe q̄nti adaptemꝰ q̄litati vel alij ꝑdicamētis neceē fuit tradere sciaƺ libri ꝑdicamētoꝝ. ꝑ quā regulā i formādo nobis 𝔠ceptꝰ de .10. ꝑdicamētis. ꝛ i aptādo hoꝝ 𝔠ceptꝰ formatos debitis ꝑdicamētis docemur. fuit ḡ neceē tradere doctrinā lib. ꝑntoꝝ: qꝛ ibi docet̄ qd significatur noīe cuiuslibꝫ ꝑnti. ex q̄ doctrina possumꝰ nobis debitos conceptus formare de his. ꝛ hoꝝ conceptus formatos rebus qbus competūt: possumꝰ debite adaptare. ¶ Est tn̄ diligēter notādum. ꝙ qꝛ itellectus non sic fertur in quiditates reꝝ simplr̄. vt itellectus subaꝝ separataꝝ imo circūloquit̄ hoꝝ qditates. ꝛ ꝑprias dr̄ias rerū nescit ꝑprijs rationibus noīare. ideo non solū itellecto gn̄e statim non itelligit dr̄iam. immo itellecta differētia non statim itelliget rē cuius ē illa dr̄ia. Nā si q̄drupes ponat̄ dr̄ia animalis. posset ꝛ decupes dr̄ia assignari forte. n. multa sunt animalia hn̄tia .10. pedes. attn̄ qꝛ bipes ꝛ q̄drupes ꝛ decupes sunt circūlocutiones differētiaꝝ: nō oportꝫ ꝙ q itelligit has dr̄ias ꝙ cognoscat aīalia habētia .10. pedes. ¶ Viso q̄n itelligit. qꝛ ē potētia cognoscēs. ꝛ non stati cū itelligit genus itelligit differētiam. nec stati cū itelligit dr̄iam itelligit illā rē cuiꝰ ē dr̄ia: ꝑpter qd̄ pt̄ errare i itellectu simpliciū ꝛ in significationibꝰ termioꝝ. iō necesse fuit 𝔠ponere librū ꝑntorū vbi ondītur qd significat̄ noīe cuiuslibet ꝑnti. reliq̄ de levi patēt. Nā planū ē q̄n itellectꝰ noster ē in potētia: qꝛ non stati cū intelligit subm̄ itelligit ꝑdicatum. ꝑp qd̄ pōt errare in formādo enūciatiōez. iō necesse fuit cōponere librū perhyermenias. vbi de enūciatōe tractatur. Tertio vt dicebat̄: itellectus noster ē in potentia: qꝛ nō stati cuƺ itelligit ꝑncipia itelligit cōclusiones. iō in silloḡizādo ꝑmo necesse fuit 𝔠ponere libros artis noue. vbi agit̄ de sill'o. ꝛ specialr̄ necesse fuit librū posterioꝝ 𝔠ponere quē habemꝰ pre manibꝰ: vbi agit̄ de sill'o demonstratiuo q ē sill'us apoditicon .i. faciēs scire. Pꝫ igit̄ ꝙ qꝛ itellectus noster ē potētia cognoscēs. ꝛ qꝛ pōt errare in conceptu simplici ꝛ componēdo ꝛ diuidendo ꝛ etiā discurrendo. iō necesse fuit logicā inuenire q̄ntum ad librū predicamentorum ne erraret in simplicibꝰ conceptibꝰ. ꝛ q̄ntum ad librum perhyermenias ne erraret in enunciationibus. ꝛ q̄ntum ad libros artis noue ne erraret in argumētationibus. Sꝫ si alicui itellectui inest 𝔠trariū. vꝫ. ꝙ non sit potentia cognoscēs. ille est actu ens: qꝛ separabilis a rebus mālibus: ꝛ nō est forma corporis. hoꝝ itaqꝫ intellectus: qꝛ non est potentia cognoscēs nō errabit in itellectu simpliciū. nec intelliget componendo ꝛ diuidēdo. nec intelliget discurrēdo. ꝑpter qd̄ non indigebit logica vt per eā habeat sciam de rebus. Tota igitur cā necessitatis logice accipienda est ex modo intelligendi nostro. cum ergo dyaletica sit modus sciendi. ꝛ ꝑpter scire sit inuēta. eo ꝙ sit via ad ceteras sciētias: licꝫ tota dyaletica sit necessaria. potissime tamē necessariꝰ est iste liber vbi agitur de sillogismo demonstratiuo faciente scire. ex quo pꝫ quid sit subiectum huius libri. ꝛ que sit causa materialis: qꝛ tamē hic ꝑncipaliter intēditur de demonstratione. demonstratio siue sill'us demōstratiuus pōt poni hic mā vel subiectuƺ. efficiēs aūt formalis vel finalis patere possunt ꝑ ea que cōmuniter in ꝑncipijs librorum traduntur.

His visis ad itelligentiā doctoꝝ q̄dā cōia dubitamus. Cū ḡ hic liber sit de demr̄atione ꝛ demonstratio sit sill'us faciēs scire. Dubitaret forte aliquis. vtrum per demonstrationē aggeneret̄ scia. ꝛ videtur ꝙ non: qꝛ scia idē est qd̄ certa cognitio. cū certioꝛ sit cognitio ꝑncipioꝝ q̄ꝫ 𝔠clusionuƺ: qꝛ ꝑpter qd̄ vnūqd̄qꝫ tale ꝛ illud magis. Si ergo per demonstrationē aggeneretur certa cognitio cuƺ certioꝛ sit cognitio ꝑncipiorum q̄ꝫ 𝔠clusionū essent ꝑncipia demonstrabilia. qd̄ falsum est. ¶ Preterea illud qd̄ maxime facit ad errorem. nō videt̄ aggenerare sciam. sꝫ hec est dr̄ia inter intellectū ꝛ sensum s̄m cōmētatorē in .2. de aīa. qꝛ itellectus non errat circa itelligibilia cōia sꝫ circa ꝑpa. sensus aūt ecōtrario non errat circa sensibilia ꝑpria sꝫ circa cōia. igit̄ cū demōstratio sit ex ꝑprijs ꝛ erga ꝑpria maximus erroꝛ accidet. non videtur ḡ ex talibus aggenerari sciētia sed magis ignorantia. ¶ In cōtrariuƺ est phs q demōstrationem vocat sill'um apoditicon .i. facientem scire. ¶ Dōm. ꝙ vt infra dicetur. Scire opinamur vnūqd̄qꝫ cum cām cognoscimus: ꝛ qm̄ illius est causa. ꝛ ꝙ nō contingit alr̄ se hr̄e. Si ḡ aliq̄s sill'us nō aggeneret sciaƺ hꝰ est vel q a nō ꝑcedit ex causis: sꝫ ꝑcedit ex qbusdā ꝑbabilibus: ꝛ ex qbusdā signis: vel si sill's accipit cām: nō accipit cām: q̄ sit ꝑpria illius: ita ꝙ nō ꝑcedit ex ꝑprijs. sꝫ ex qbusdā cōibus. illud ergo qd̄ aggenerat sciam. nō solum dꝫ eē cā: sꝫ ēt dꝫ esse ꝑpria cā huius. 3ꝰ non aggenerat̄ scia per sill'm: qꝛ si accipit̄ ibi cā ꝛ cā propria: non tn̄ accipit̄ cā ꝑ se ꝛ imediata: q̄ de necessitate iferi effectū: ꝛ q̄ non pōt aliter se hr̄e: sꝫ cū oīa ista 𝔠currāt. s. ꝙ ibi est ꝑcessus ex causis ꝛ ex causis huiꝰ. i. ex ꝑprijs: ꝛ ex causis q̄ nō 𝔠tingūt alr̄ se hr̄e. ꝛ ꝙ posite ponūt effectuƺ: cuiusmodi sunt cause ꝑ se ꝛ imediate: oꝫ ex tali ꝑcessu aggenerari sciam. ꝛ qꝛ oīa ista 𝔠currūt ad demr̄ationē: qꝛ demr̄atio est ex cāis 𝔠clonis veris ꝑmis ꝛ imediatis: oꝫ demr̄ationē eē sill'm apoditicon .i. aggenerātem sciam. ¶ Qd̄ vo obyciebat̄: ꝙ si certa cognitio hr̄et̄ ꝑ demr̄atione: cū ꝑncipioꝝ sit certa cognitio. ꝑncipia eēnt demr̄abilia. Dici dꝫ: ꝙ vt patebit nō oīs certa cognitio hr̄ per demr̄ationē. sꝫ solū hr̄ ꝑ demr̄atōez certa cognitio 𝔠cl'onū. q̄ ꝑpe vocat̄ scia: nō aūt hr̄ ꝑ dmr̄ationē certa cognitio ꝑncipioꝝ: qꝛ hoꝝ cognitio: vt ibi patebit n̄ meret̄ scia dici: sꝫ itellectus. ¶ Qd̄ vo vlteriꝰ arguebat̄: ꝙ circa ꝑpria maxīe cōtingit errare. Dici dꝫ: ꝙ rō arguit oppositū non ꝑpositū. Nā ars ē circa difficile: ꝛ circa id circa qd̄ 𝔠tingit errare: iō oportuit esse artē de demr̄atōe ꝛ ꝑ demr̄ationē: ne circa talia erraremꝰ. ¶ Ulterius. dato ꝙ ꝑ demr̄ationē sic sit scia: qꝛ ꝑcedit ex cāis ꝑprijs ꝛ imediatis q̄ sciam cānt. Dubitaret forte aliq̄s: vtruƺ de demr̄atiōe sit scia. ꝛ videt̄ ꝙ nō: qꝛ vt demr̄ ē. scia ē ꝑ demr̄ationē. si ḡ de demr̄atione eēt scia: sciret̄ demr̄atio ꝑ demr̄ationē ꝛ alia demr̄atio per demr̄ationē. ꝛ ita esset ꝑcessus in ifinitū: qd̄ est icōueniēs. ¶ Preterea vt cōmuniter arguit̄: nō est idē organū ꝛ subm̄: videmꝰ. n. in arte fabrili ꝙ martellus q est organū ꝑ qd̄ faber agit. ē res alia ꝛ dr̄ns ab eo qd̄ per martellū efficit̄: ꝛ ab eo qd̄ subycit̄ actiōi martelli: semꝑ ergo instrumētū est dr̄ns ab eo circa qd̄ versat̄ actio istrumenti: qꝛ tūc idē ageret in seipm̄. q̄re si demōstratio est instrumentum ꝑ qd̄ scimus: non poterit demr̄atio esse subiectū in scia. nec poterit esse id de quo est scientia: non ergo erit scia de demōstratione. ¶ In cōtrariū est phus q tradit artez demonstrādi. est ergo ars ꝛ scia de demr̄atione. ¶ Dicenduƺ ꝙ si vera esset positio Auic. forte de facili possemꝰ satisfacere questioni. ponit. n. Auic. ꝙ in actibus aīe nō est icōueniens ire in ifinitū: vt si ꝑ aliquē actū itelligēdi itelligo aliqd: ꝛ ꝑ aliū actū itelligendi itelligo me in-

telligere. Rursus etiā p aliū actū itelligo me itelligere: z sic s3 eū in actibus rōnis pōt eē ꝓcessus in ifinitū. Et qꝛ demonstrare z arguere z sillogiçare z oīno discurrere ab vno in aliud sunt actus rōnis. Ideo forte diceret aliqs ꝙ p demōstrationē habeť scia de demōstratiōe. z de illa demōstratiōe habeť scia p dmōstrationē. z sic in ifinitū. S3 hꝫ demō stare nō pōt. qꝛ nō videť Ari. hūc modū tenuisse: ꝙ tradat sciam de demōstratōe per demōstrationez aliā. z de illa p illā: z sic in ifinitū. ❡ Amplius cum ifinituz sit ignotū: vt diciť pmo physicoꝝ. si esset sic ꝓcessus in ifinitum nihil oīno sciremus. nam si nō possumus certificari de demōstratōe nisi per demōstrationem aliā: nec de illa nisi per aliaz z ita in ifinituz. cū terminari nō possit. nūq̄ possemus venire ad finez. ꝙ haberemus certitudinem aliquā de arte demrandi. Propter hᵒ dr̄ aliter a quibusdā. ꝙ sicut faber cuz vno martello facit aliuz martellum: ita ꝙ ibi martellus est organū actiōis z est illud qḋ actioni subÿciť. non tñ est idē martellus qui est organū z qui subÿciť actioni. nec est in martellis ꝓcessus in ifinitū. sic ut aiunt. p demrationē est scīa de demratione. nō tñ ē eadem demonstratio hec z illa. nec est in demrationibus ꝓcessus in ifinitum. S3 nec hoc sufficit: qꝛ si faber per aliquā actionez fabricaret oēm martellum. nō posset illam actionē agere cū martello: qꝛ tūc ille martellus seipsuz efficeret. igitur cum in hoc libro detur ars de oī demonstratiōe. nō poterit hoc fieri p demonstrationem: qꝛ tūc illa demonstratio seipsam demonstraret. ❡ Sciēdū ē. ꝙ si ppꝛiuz organū logici esset demratio: sicut est sillꝰs dyalecticus vel sillꝰs simplr̄ sumptꝰ sicut forte ꝯgrue sustineri posset. ꝙ dyalecticus sillogiçādo docet sillogiçare. sic ꝯgrue sustineri posset ꝙ demonstrādo docet demōstrare. z ꝙ p demonstrationē habeť scīa de demonstratiōe. Uerū qꝛ ꝓpꝛiū instrm̄ logici non ē demōstratio. possumus dicere ꝙ docens demonstrare nō demōstrat. nisi forte p accñs. inq̄tum docēs demonstrare adducit demōstrationes aliquas grā exēpli. exēpla aūt non sunt de necessitate artis. Dicamꝰ ergo. ꝙ proposita dubiratio sumit originē ex falsa imaginatione. imaginať .n. sic q̄rens ꝙ docēs demonstrare demonstret. s3 supposito ꝙ docens demonstrare non demonstraret. vt in ꝓseq̄ndo patebit rōnes superius facte sunt solute. z non habent dubium qḋ queriť. ❡ Ulterius dubitaret forte aliquis. dato ꝙ ars demonstrādi non doceať demratiue. vtrum ars sillogiçandi doceať sillogistice. ❡ Dōm. ꝙ duplici via investigare possumus. ꝙ sillogiçando adiscimꝰ sillogizare. z pmo per id qḋ videtur in alÿs artibus. zᵒ per id qḋ hꝫ itellectus spāle p̄ter alias potētias. Primū sic pꝫ. videmus ꝙ fabricādo fabri fimus. z citarizādo artē citarizādi adiscimus. erga a simili formādo sillos. z speculando qualiter formātur silli artē sillogizādi adiscimꝰ. Scḋo hoc idem pꝫ p id qḋ hꝫ itellectus spāle preter potētias alias. nā itellectꝰ est supra se ꝯuersiuus. Intellectus .n. non solum itelligit se. sed etiā itelligit se itelligere. z eodem actu quo itelligit: itelligit se itelligere. quia si hoc esset alio z alio actu: tunc esset abire in ifinitum. Stādum est ergo in pmis: vt eodem actu quo intelligit aliquid. itelligat se itelligere illud: z qꝛ sillogizare z discurrere sunt actus rōnis z intellectus ideo nō solū itellectus sillogizat: s3 etiā cognoscit se sillogizare. z eodem actu quo sillogizat: se sillogizare cognoscit. sillogizando .n. poterit cognoscere se sillogizare. z poterit artez sillogizandi adiscere. ❡ Ulterius. dato ꝙ sillogizando possumus discere sillogizare. Dubitaret forte aliquis: quia videtur ꝙ fuerit superuacuū iuenire logicam. nam cuz alie scie sillogizant. z sillogizādo possumus adiscere artem sillogizandi. videť ꝙ adiscēdo alias scias possumꝰ adiscere artem sillogisticā quā logica tradit: superuacuuz q̄ fuit ꝓpter hoc logicā iuenire. ❡ Dōm. ꝙ duplici via iuestigare possumus. ꝙ necessariū fuit logicā inuenire. non obstante ꝙ sillogizando adiscimus sillogizare. Prima via sumitur ex facilitate adiscendi. zᵒ ex complemē to doctrine. Primā tāgit phs in .z. meta. vbi ait. ꝙ non est bonū simul querere sciam z moduz sciendi. si .n. adiscendo alias scias z sillogizando in alÿs scientÿs vellemus artem sillogizādi adiscere. tunc simul queretemꝰ sciam z logicā que est modus sciēdi. z que docet sillogizare. z quia male nati sumus ad adiscendum. z itellectꝰ noster nascitur q̄si tabula rasa: z multuz tēpus apponit in ignorātia. ideo valde difficile est ei adiscere quod cūq; illoꝝ p se z valde est difficile itellectui adiscere logicam p se. z etiaz est ei difficile adiscere alias sciētias per se. Si autem adiscere veller simul logicā cum alÿs sciētÿs. non solū hoc esset ei difficile: s3 quodāmodo ipossibile. vnde commētator supra zᵒ meta. exponens illud ṽbum phi. ꝙ non oportet simul querere sciam z modū sciendi .i. logicā. ait ꝙ cū homo adiscit logicā cū adinuētiōe aliaꝝ sciaꝝ. tūc nō adiscit hāc nec hāc .i. tūc nō adiscit logicā nec alias scias. ergo ꝓpter possibilitatē z facilitatē adiscendi. neč̄ fuit logicā iuenire. vt nō sil̄ q̄reremus sciam z modū sciēdi. ❡ Scḋa via ad hoc idez sumitur ex cōplemento doctrine. nā licet sillogizādo adiscimus sillogizare. tñ qꝛ scire est cognoscere cās z pncipia rei. nō pfecte possumꝰ scire artem sillogizandi: nisi sciamus sillogismum reducere in suas cās. z in sua pncipia. z qꝛ p̊ncipiuz sillogismi cuiusmodi est dici de omni z dici de nullo: z ea ex q̄bus ꝯstat sillogismus docet logica. z nō alie scie. ideo ad ꝯpletionem artis sillogistice necesse fuit logicā iuenire. ❡ Ulteriꝰ. dato ꝙ necariū fuerit logicam inuenire. Dubitabit forte aliqs. vtrum sit sil̄e de inuentiōe logice z de iuentiōe aliaꝝ sciaruz. ❡ Dōz ꝙ sic in alÿs sciētÿs ex admirari iceperūt phi. z videndo effectus iceperūt inuestigare cās: vt vidēdo eclipsim ceperūt inuestigare cām eius. qua inuestigata habuerūt sciētiam de eclipsi. sic antiqui sapientes vidētes ꝙ itellectus ad quālibet rem iuenit rōnes z argumēta. ceperūt iuestigare quo modo itellectꝰ arguit. z quomodo sillogizat. z conati sunt iuenire principia et elemēta sillogismoꝝ. quibus iuentis iuenerūt artez sillogizandi. est ergo quodāmodo simile de inuentiōe logice z aliarum scientiarum. ❡ Ulterius autez cum logica sit de conceptibus z actibus rōnis cum videamus ꝙ actus rōnis z itellectus diuersificatur s̄m diuersa q̄ format itellectus in itelligēdo. Naz in itelligendo simplicia format diffinitionē. in itelligēdo ꝯposita format enūciationē. in discurrendo aūt ab vna ꝓpōne ad aliaz format rōnē z sillogismū. Dubitaret ergo aliqs vtrum sit sil̄e de itellectu ꝓut itelligit simplicia z format diffinitionē vel cōceptū aliquē loco diffinitiōis. z ꝓut intelligit ꝯposita z format enūciationē. z ꝓut discurrit z facit sillm. ❡ Dōz ꝙ q̄tū ad p̄ns spectat dicere possumꝰ ꝙ quodāmodo est sil̄e q̄tum ad hec oīa. nam sicut in itellectu simpliciū est dare aliqd qḋ statim per seipm se offert intellectui: per cuius itellectū ceteri alÿ ꝯceptus formanť. hꝫ aūt s̄m Auic. est ens z esse. nam pmum qḋ imprimiť menti nr̄e: vt ipse ait est ens z esse. quicquid postea intellectus cōcipit z quicquid intelligit habet itelligere per ens z eē: z qꝛ sic est. ergo in itellectu simpliciū est dare aliqd qḋ statiz ipmitur in itellectu: z per illḋ cetera alia fiūt itellecta. sic etiā z in itellectu ꝯpositoꝝ z in formādo enunciationes ꝯuenit hoc idē. nā ceteras ꝓpositiones itelligimus p cōes animi cōceptiōes quas

dignitates vocant. dignitates autez ipsas intelligimus
intelligēdo hāc dignitatē ꝙ nō cōuenit aliqd sił eē ⁊ nō
esse. fundaꝛ̄ enī hec dignitas īmediate suꝑ ipo ente ⁊ su
per ipso esse: qꝛ sicut ens ⁊ esse est de intellectu oīuꝫ sim
pliciū sic hec enūciatio ⁊ hec ꝓpositio q̄ imediate fun
daꝛ̄ suꝑ ipso ente est de itellectu ceterarū ꝓpōnuꝫ. sic ḡ
in enūciatiōibus esse cōtingit qꝛ cetere enūciatiōes ro
borātur ⁊ reducūtur ad enūciatiōes ꝑmas que vocanꝛ̄
cōes animi cōceptiōes. Cōes autē animi cōceptiōes re
ducunꝛ̄ ad ꝓpōnem hāc qꝛ nō ꝯtingit sił esse ⁊ nō esse.
hec aūt ꝓpō non reducitꝛ̄ in ꝓpōneꝫ aliā: ſꝫ in seipsa est
manifestissima ⁊ hꝫ cām sue v̄itatis. Si autē reducitur
hec ꝓpositio nō reducitꝛ̄ in itellectū cōpositoꝝ: ſꝫ redu
citur in aliqd simplex vt in ens ⁊ esse. sic possumus ali
quē sillm formare in quē pōt reduci oēs silli. ille autē
sillus nō reducetꝛ̄ in vlteriorē sillum: vt sꝫ hec sunt ꝑnci
pia formalia silli. dici de oī ⁊ dici de nullo si fieret vnus
sillus ꝯtinēs hec formalia ꝑncipia. in illū sillꝫ reduce
rentur oēs silli. vtputa si fieret talis sillus. in quibuscꝫ
sillis est ꝑncipiū dici de oī ⁊ dici de nullo illi sunt ꝑfecti
silli. ſꝫ in omnibus sillis ꝑme figure formatis ſꝫ ꝯiuga
tiones vtiles est ꝑncipium dici de oī vel dici de nullo. ḡ
oēs tales sunt congrui ⁊ perfecti silli. ꝓpter qꝺ quodā
modo omnino est simile de itellectu compositoꝝ quo
formanꝛ̄ enūciatiōes ⁊ de itellectu discursiuo quo for
manꝛ̄ silli. nā sic oēs enūciatiōes reducunꝛ̄ in enuncia
tiones ꝑmas. i. in cōes animi ꝯceptiōes. Cōes aūt enun
ciatiōes ꝑme reducuntur in hanc qꝛ nō conuenit aliqd
sił esse ⁊ nō eē. hec aūt nō reducitur in enūciationeꝫ ali
quā: ſꝫ continet in seipm esse ⁊ īmediate fundaꝛ̄ in ente
qꝺ est de itellectu oīum alioꝝ. sic oēs alij silli reducun
tur in sillos ꝑme figure. silli autē ꝑme reducunꝛ̄ in illū
sillum quē formamus q cōtinet ꝑncipia formalia oīuꝫ
silloꝝ. ille aūt sillus seipso facit fidē ⁊ hꝫ in seipso cām
sue v̄itatis ⁊ nō reducitꝛ̄ in aliquē aliū sillum. ſꝫ reducitꝛ̄
in dici de oī ⁊ de nullo. q̄ ꝑncipia sunt partes illius silli.
⁊ ſm subam igredunꝛ̄ illum sillum. sicut hec ꝓpositio
ꝙ nō cōtingit sił eē ⁊ nō esse. nō reducitꝛ̄ in ꝓpōneꝫ aliā:
ſꝫ reducitꝛ̄ solum in ipso esse qꝺ est pars illius ꝓpōnis. ⁊
ſm subam igreditur ꝓpositionē illam. bene dictū est ḡ
ꝙ sicut qꝛ esse est de itellectu oīum alioꝝ. ideo ꝓpō illa
que ex ipso esse sumitur roborat oēs alias ꝓpōnes. ipsa
aūt nō reducitur in aliam: sed hꝫ in se ipsam cām sue ve
ritatis ⁊ hꝫ id per quod oīa alia roborātur. sic sillus ille
formatus de ꝑncipijs formalibus silli cōtinet artem sil
logiçandi ⁊ non reducitur in aliū sillꝫ: ſꝫ oēs alij redu
cuntur in ipsum. pꝫ ḡ q̄ttō quodāmodo simile est de cō
ceptu sillogistico ⁊ de alijs cōceptibus. pꝫ etiā ꝙ sillogi
çando pōt tradi ars sillogistica ⁊ ꝙ per sillꝫ pōt habe
ri ars de sillogismo. nec tñ ibit in ifinitū. qꝛ est de neces
sitate ad aliquē sillum deuenire q nō reducetꝛ̄ in alium
sillum. ſꝫ seipso facit fidē. ⁊ habebit in se ꝑncipia robo
rantia oēs sillos. sicut lꝫ ꝑ ꝓpositionē ꝓbetur alia ꝓpō.
tñ nō itur in ifinitū. ſꝫ est deuenire ad aliquā ꝓpōneꝫ q̄
nō reducitur in ꝓpōnem: ſꝫ seipsa facit fidem. nō. n. pro
batur ꝑ ꝓpōnem aliā q̄ꝫ per seipsam. hꝫ. n. in seipsa ipm
esse ⁊ fundaꝛ̄ in ipso ente qꝺ est rō q̄re cetera cognoscā
tur. ⸿ Ulterius aūt qꝛ itellectus human⁹ nō quiescit.
Dubitaret forte ꝙ nō videtur possibile ꝙ ꝑ sillogismuꝫ
tradatur ars de sillo: qꝛ vt superi⁹ arguebaꝛ̄. si aliqs fa
ber fabricaret oēm martellū nō posset per martellū ali
queꝫ oēm martellū fabricare: qꝛ tunc ille martellus fa
bricaret seipsuꝫ. ḡa simil cū tradēs artē silli doceat cō
struere oēm sillum. ⁊ cū in hui⁹ arte ꝓbetur forma cu
iuslibꝫ silli. nō pōt hoc fieri ꝑ sillum. qꝛ tunc in illo sillo
forma illi⁹ silli ꝓbareꝛ̄ in forma suipsius. qꝺ videꝛ̄ in

conueniēs: qꝛ semꝑ quod agitur ⁊ ꝑ qꝺ agitur debēt eē
distincta: qꝛ distinctū oꝫ eē organū ꝑ qꝺ fit actio ⁊ id qꝺ
actioni subditur: qꝛ nō pōt idē agere in seipm. ⸿ Dōm.
ꝙ lꝫ ꝑ aliquē martellū nō possit fabricari oīs martell⁹.
est tñ aliqs sillus q ꝓbat ⁊ roborat oēm sillum vt pꝫ in
sillo facto. vt si diceretꝛ̄ in q̄buscūqꝫ sillis est ꝑncipiū di
ci de oī vel de nullo. illi sunt ꝑfecti ⁊ congrui silli. sed in
omnibus talib⁹ sillis est hoc. ḡ ⁊c. iste sillus roborat oēs
sillos. qꝛ in omnibus sillogismis est ꝑncipiuꝫ dici de oī
vel dici de nullo. vel sunt reducibiles ad hos sillos. robo
rat etiam hic sillogismus seipsum ⁊ in hoc sillo etiam ē
huius ꝑncipium. possumus aūt duplicem viam assigna
re quare in opibus exterioribus nō possumus inuenire
aliquid qꝺ agat in omne tale: vt nō possumus inuenire
martellum qui fabricet oēm martellū. in actib⁹ tñ rō
nis possumus inuenire aliquid cuius actio se extendat
ad oē tale. ꝓut possumus inuenire aliquē sillum qui ro
boret quenlibet sillogismum. Prima via sumitur ex
parte potentie agētis. secunda ex parte actus eliciti ab
ipsa potētia. Prima via sic patet. nam potentie corpora
les ⁊ oēs virtutes organice non sunt supra se conuersi
ue. ⁊ qꝛ talia nō agunt in seipsa ea q̄ ab ipsis ꝓcedunt nō
sunt supra se cōuersiua nec agūt eciā in seipsa. ⁊ qꝛ icōue
niēs est talia agere in seipsa. incōueniēs est inuenire ali
quem martellū qui fabricet oēm martellum. qꝛ tūc il
le martellus cū sit qd corporale fabricaret seipm ⁊ age
rēt corporalia in seipsa: qꝺ est icōueniēs. sed nō est icon
ueniēs reperire aliquā rōnem q̄ roboret quālibet rōnē:
qꝛ rō est supra se cōuersiua: ideo qꝺ a rōne ꝓcedit pote
rit eē cōtra se cōuersiuum ⁊ hr̄e actionē in seipm: ⁊ non
erit icōueniēs: vt dicebaꝛ̄ iuenire aliquē sillogismū qui
roboret quēlibet sillogismū: nec est icōueniens inuenire
aliquā rōnē q̄ roboret q̄libet rōnē: qꝛ sillogiçare ⁊ rōci
nari sunt actus rōnis ⁊ itellectus q est potentia supra se
cōuersiua. In his ergo q̄ itellect⁹ facit. vel in his q̄ ꝓfe
runꝛ̄ in voce. vel in his q̄ scribunꝛ̄: qꝛ talia sūt significa
tiua eoꝝ q̄ sunt in mēte poterit hic modus īueniri ꝙ re
periaꝛ̄ aliqd tale cuius actio se extendat ad oē tale. ⁊ ꝙ
ꝯñs se extendat quodāmodo ad seipsum. ergo vt supe
rius tāgebaꝛ̄ ex parte ipsius intellectus q est potētia su
pra se cōuersiua declaratur qꝺ queritꝛ̄. ⸿ Scđo decla
ratur hoc idem ex parte actus eliciti ab itellectu. Nam
cum organuꝫ per qꝺ agitur est res aliq̄: ⁊ id qꝺ agiꝛ̄ per
illud organum est etiā res: oportet esse realem dr̄iaꝫ in
ter organū agēs ⁊ rem actā. sed cū ipsi⁹ per qꝺ agitur est
res rōnis ⁊ est actus a rōne elicit⁹. ⁊ illud ad qꝺ se extē
dit actus illius organi est etiaꝫ qd rōnis: sicut inter res
querimus dr̄iaꝫ realē. sic iter ea q̄ sunt qd rōnis sufficit
ſm rōnē dr̄iam q̄rere. si ergo aliqs sillogismus seipꝫ ro
borat sufficit illū sillogismū a seipso ſm rōnē differre vt
est organō ⁊ subiectū. ⁊ vt est qd roborans ⁊ qd robora
tum. agiꝛ̄ qꝛ sillogismus est qd rōnis ⁊ qꝺ ılıbꝫ sillogismo
quodāmodo docem⁹ sillogiçare: ⁊ qdā sillogismus est
aliquo mō supra se cōuersiu⁹. cōpleta tñ ars sillogizādi
cōtinetur in sillogismo hr̄ite in se ꝑncipia formalia sillo
gismoꝝ. ⁊ per illuꝫ sillum roboranꝛ̄ oēs alij sillogismi.
⸿ Ulterius aūt: qꝛ adhuc itellect⁹ homīs nō quiescit.
Dubitaret forte aliqs. qꝛ videꝛ̄ oīno icōueniens ꝙ ali
qs sillogismus seipm roboret. qꝛ cū roborās sit noti⁹ ro
borato idē esset notius seipo: qꝺ est icōueniēs. ⸿ Dicē
dum ꝙ in cognitiōe cōclusionum vel eoꝝ q̄ cognoscun
tur ꝑ alia hoc est verū: ꝙ probans est notius probato. ⁊
manifestans est notius manifestato. in cognitiōe autez
ꝑncipioꝝum veritatem non habet: quia ꝑncipia seipsis
faciunt fidem. ⁊ per seipsa sunt manifesta: ⁊ quia sillus
formatur ex ꝑncipijs formalibus sillogismoꝝ. etiam

ↄtinens p̄ncipia illa habet rōnem p̄ncipiȝ ⁊ elementi. in
arte sillogistica. nō. n. est incōueniēs q̄ hoꝰ sillogismꝰ ro-
boretur ⁊ cōfirmet̄ ⁊ faciat de seipso fidē. p̄ seipm̄. i. per
pr̄ncipia cōcepta in ipso. possumus aūt hoc manifestare
per sile qḋ videmus in denoīatione incōplexoꝝ. q̄z spe
cialia ꝓprie loquēdo seipsa nō denomināt. q̄z albedo ꝓ-
prie no est alba. nec cursus currit nec motus moue̅t. ge
neralia aūt seipsa d̄noiant. q̄z bonitas est bona. ⁊ magni
tudo est magna. ⁊ entitas est ens. sic ⁊ in ꝓposito rōnes
facte in terminis specialibꝰ seipsas nō roborāt. facte au
tem in generalibꝰ possunt seipsas generare. sicut genera
lia seipsa denomināt ſ̄ȝ specialia se ꝓprie non denomi-
nent. ⸿ Ulterius aūt dubitaret forte aliq̄s cū ars sillo-
gistica possit tradi per sillogismū quare ars demōstrati-
ua nō possit tradi per demōstrationē. ⸿ Dicēdū q̄ du-
plici via iuestigare possumus q̄ docēs sillogiçare pōt sil
logiçare. ⁊ ars sillogistica pōt tradi per sillogismum. do
cens aūt demōstrare nō demōstrat. ⁊ ars demōstratiua
nō pōt tradi per demōstrationē. Prima via sumitur ex
parte artis demōstratiue. scḋa ex parte logici tradentis
artē demōstrandi. Prima via sic pȝ. nā ars demonstra-
tiua se extēdit ad oēm demōstrationeȝ. Nō. n. traderet̄
ars demōstrādi nisi daret̄ noticia de omni demonstra-
tione. Ille aūt qui docet oēm demōstrationē. oȝ vt vta-
tur terminis cōmunibus cuilibet demōstrationi: ſ̄ȝ per
cōmunia nō est demōstratio. ergo tradēs artē demon-
strādi nō demōstrat. diceret. n. logicus tradēdo artē de-
mōstratiuā q̄ demōstratio est ex ꝓprijs ⁊ ex veris. his
aūt oēs spāles artifices vtunt̄. quelibȝ. n. sciā demōstra
tiua ex ꝓprijs ⁊ veris est. ſ̄ȝ hec ꝓcedit ex his ꝓprijs. ⁊
ex his veris. illa aūt ex alijs ꝓprijs ⁊ ex alijs veris. dice-
re aūt demōstrationē eē ex ꝓprijs ⁊ ex veris. est ꝓcede
re per cōmunia cuilibet discipline. ⁊ q̄z arguēs per com
munia nō demonstrat cuȝ demonstratio fit ex ꝓprijs ⁊
veris: tradens artē demōstrandi nō demōstrat. ⸿ Se-
cūda via ad hoc idē sumit̄ ex parte logici tradētis artē
demōstrandi. nā qḋlibet agens agit ſm̄ organa sibi de-
bita. cū ergo organū logici nō sit demonstratio: logicus
nō pōt tradere artē de demōstratione per demōstratio-
nem: q̄z tūc ageret per nō ꝓpriū organū. sicut ḡ quelibȝ
ars agit opera sibi debita per ꝓpria organa. ⁊ q̄z nō vtit̄
organis alterius artis. vt cū ꝓpriū sit artis edificatiue
facere domū. nō tn̄ facit eā cuȝ organis artis sutorie. sic
q̄z demōstratio est actus rōnis vel est constituta per rō-
nis actū: logicus qui circa talia versat̄ docet demōstra
tionē ↄponere: ⁊ tradit artē demōstrandi: nō tamē facit
eaȝ per demōstrationē. q̄z vt in prosequēdo patebit de-
mōstratio nō est instrumētū eius. tn̄ q̄z nō repugnat sil
logismo q̄ fiat per cōmunia: cū etiā q̄z ꝓprium organū
logici est sill'us. logicus pōt tradere artē de sill'o p̄ sill'uȝ
eo mō quo est superiꝰ declaratū. Sȝ q̄z demōstratōi re
pugnat q̄ fiat ex cōibus: ⁊ logici nō est ꝓprium organuȝ
demōstratio: nō poterit logicus tradere artē de demon
stratione per demōstrationē qḋ declarare volebamus.
⸿ Ulterius forte dubitaret aliq̄s. q̄z videt̄ q̄ logicus
tradit artē de demōstratione per demonstrationē. ⁊ vi
det̄ q̄ organū eius ꝓprium sit demōstratio. noȝ per de-
mōstrationē ꝓbat̄ debita passio de debito subiecto per
debita pr̄ncipia. gratia. n. exēpli loquendo dicamꝰ q̄ hoc
modo ꝓcedit logicus: nā cum in libro prioꝝ subiectum
sit sillogismꝰ. ꝓbat logicus in libro illo de hoc subiecto
. i. de sillogismo hanc passionē que est de necessitate con
cludere per hec pr̄ncipia. vȝ. per dici de omni ⁊ de nullo.
ꝓbat̄ ergo ibidem q̄ ꝓpriū sit sillogismi de necessitate
manifeste ↄcludere per illa pr̄ncipia que ↄtinet. Nā ⁊ si
in aliq̄s argumētationibus vbi nō reseruant̄ expsse illa

pr̄ncipia. sequit̄ de necessitate cōclusio. tn̄ non sequit̄: sic
manifeste sicut sequit̄ in sillogismis illis formatis p̄ il
la pr̄ncipia. ⁊ qḋ dictum est de libro p̄oꝝ respectu sillogis
mi veritatē videt̄ habere de libro posterioꝝ respectu
demōstratiōis. Nā in libro isto subiectū ē sillogismꝰ de-
mōstrationis de quo ꝓbat̄ hec passio q̄ aggenerat sciē-
tiā ⁊ q̄ est faciēs scire p̄ hec pr̄ncipia. q̄z est ex p̄mis veris
⁊ imediatis causisq̄z ↄclusionis. ⸿ Dicēdum q̄ duplici
via inuestigare possumus q̄ hoꝰ processus facti a logico
nō sunt demōstrationes. In demr̄atione. n. sunt duo cō
siderāda videlicet ea ex q̄bus demōstratio fit que sunt
quasi demr̄ationis causa. hoꝰ autem sunt pr̄ncipia cuilibȝ
discipline. 2ᵒ in demōstratione cōsiderādū est qḋ ex de-
mōstratione causat̄. ⁊ hic est demr̄ationis effectus. huiꝰ
autē est efficere aggenerare sciam. sillogismus enim de-
mōstrationis cōsistēs ex ꝓprijs aggenerat sciam in aīa
nostra qḋ est demr̄atiōis effectꝰ. ⸿ His visis pȝ q̄ logi-
cus tradēs artē de demr̄atiōe nō demōstrat. tuȝ q̄z tra-
dit artē per cōmunia. tū eciā q̄z p̄ artē traditā non agge
nerat in nobis sciam ſ̄ȝ modū sciēdi. docet. n. logicus q̄
demr̄atio est ex ꝓprijs ⁊ ex veris: in speciali tamen que
sunt illa ꝓpria ⁊ que sunt illa vera determinare nō spe
ctat ad logicuȝ: q̄z ipse nō vtit̄ spālibus terminis. hoc. n.
nomē ꝓpriū est nomē scḋe intētiōis. ⁊ est cōe ad oīa pro
pria. videlicet ad ꝓpria quibus vtit̄ geometra. ⁊ ad pro
pria quibus vtit̄ arismetricus: ⁊ etiā ad ꝓpria aliaꝝ sciē
tiaꝝ. dicere ergo demōstrationē esse ex ꝓprijs ⁊ nō de-
scēdere ad spālia ꝓpria. nō est ꝓcedere p̄ ꝓpria ſ̄ȝ p̄ cō-
munia. ergo si cōsideramus ea ex quibus demōstratio
cōstituit̄: pȝ q̄ ars tradita a logico de demōstratiōe ⁊ tra
tio illa quā format logicus de demōstratiōe faciēda nō
est demōstratio: q̄z est p̄ quedā cōia tradita. Rursus si
cōsideremus id qḋ per demōstrationē efficit̄. pȝ q̄ ars
demōstrādi p̄ demōstrationē nō tradit̄. nā scire demō-
stratōeȝ ⁊ scire sill'ȝ vt ē applicabilis ad res demr̄atas ⁊
sillogizatas nō est scire aliq̄d in se: ſ̄ȝ est scire modū per
quē debemus scire. p̄ artē ergo demōstrādi ⁊ sillogizan
di nō aggenerat̄ in nobis scia sed modus sciēdi. vñ ⁊ ipa
logica a p̄ho in scḋo metaphysice modus sciendi est ap
pellata. ars ergo illa per quā tradit̄ ars demōstrādi vel
notitia de demōstratiōe: tum q̄z ꝓcedit p̄ quedaȝ cōia.
tum q̄z nō aggenerat in nobis sciam sed modū sciendi:
nō est p̄ demōstrationeȝ tradita. nec de demōstratiōe p̄
demōstratiōnē habet̄ notitia. ⸿ Quod v̄o arguebat̄ q̄
logicus ꝓbat hāc passionem efficere sciam de hoc subo
. vȝ. de demōstratōe p̄ hec pr̄ncipia: q̄z ꝓcedit ex proprijs
⁊ veris. propter hoc q̄ formabit logicus hoꝰ rationem.
quicq̄d ꝓcedit ex veris ⁊ ex ꝓprijs aggenerat sciaȝ. de-
mōstratioē hoꝰ. ergo ⁊c̄. pȝ q̄ hec ratio nō est demōstra-
tio: q̄z termini quos assumit sunt cōes cuilibet scientie
speciali. nā quelibet scia specialis demonstrat. quelibet
ꝓcedit ex veris ⁊ ex ꝓprijs. per quēlibet talē processuȝ
nō aggenerat̄ in nobis scia. nō ergo q̄libet ꝓbō alicuius
de aliquo p̄ aliq̄ pr̄ncipia ē demōstratio nisi hoc fiat p̄ ꝓ-
prios terminos qḋ nō facit logicus. semp. n. tā dialecti-
cus q̄ rhetoricus ꝓcedit per quedam cōia. iuxta illud
p̄hi in pr̄ncipio rhetorice. ambe. n. vȝ dyalectica ⁊ rhetori
ca sunt de talibus quibusdaȝ que cōmuniter quodāmō
oīuȝ ē cognoscere ⁊ nullius ē scire determīate. ⸿ Ulte-
rius aūt q̄ logicus nō vtatur demōstratione dubitaret
forte aliquis. vtrū spectet ad eū tradere artē de demon
stratiōe ⁊ docere demōstrationē ↄponere. ⸿ Dicēdum
q̄ sicut videmus in alijs artibus ita suo mō possumus
in logica arbitrari. videmus eni in arte fabrili q̄ multa
organa fabricat ⁊ componit quibus non vtitur. fabricat
. n. faber vomerē quo non vtitur ipse: sed agricola. fabri-

cat etiā acū qua nō vtit̄ ipse: sed sutor. cū. n. ars fabrilis versetur circa ferrū tanq̄ circa propriā materiā ad eām spectat construere omne qđ est ex ferro. nō tñ ꝙ vtatur oībus organis ex ferro ꝯstructis. cū. n. organū sit aliqđ ad finē ordinatum illa organa ferrea q̄ fini fabrili sunt inutilia: cuiusmodi est acus vel qđcūq̧ aliud qđ nō pōt dura scindere. fabricauit ea faber eo ꝙ sint ex ferro. nō tamē vtit̄ eis: q2 nō sunt vtilia suo fini. s3 sicut ars fabrilis est circa ferrū tanq̄ circa ꝓpriā materiā: ita dyaletica est circa actus rōnis. vel circa ea que per actus rōnis sunt cōstituta tanq̄ circa ꝓpriam materiā. q2 sicut spectat ad artē fabrilē versari circa omne ferrū ⁊ fabricare q̄cquid ex ferro componit̄. sic spectat ad logicū versari circa omnes actꝰ rōnis ⁊ circa oīa que per hꝰ actus sunt constituta. nō tamen vtetur logicus oībus talibus sicut nec faber omni organo ferreo. q2 cū demōstrare ⁊ sillogiçare oīno ad actus rōnis ꝑtineat licet logicus nō vtat̄ demōstratione. ad ipsum tamē spectat tradere artē de demōstratione. ⁊ vniuersalr̄ de omni sillogismo. ¶ Ulterius aūt dato ꝙ logicus nō vtat̄ demōstratiōe. tradit tñ demōstrationis artē. ¶ Dubitaret forte aliqs vtrū aliqs alius artifex a logico possit tradere artē. ⁊ videtur ꝙ rhetor possit hāc artē tradere. nā si logicus tradit artē de demōstratione: q2 logica versat̄ circa rationis actus vel circa ea que per hꝰ actus sunt cōstituta. cū etiā circa talia verset̄ rhetorica: videt̄ ꝙ ad rhetorē pertineat tradere artē demōstrādi. ¶ Preterea de entimemate determinat logicus ⁊ rhetor. ⁊ etiā de exēplo determinat vterq̧. qđ ideo videt̄ v̄itatem habere q2 arguere p exēplum ⁊ entimema spectat ad rationē. ⁊ q2 circa ea que rōnis sunt v̄satur tam dyaleticus q̄ rhetor. ideo de eis vterq̧ determinat. ergo a simili cū arguere per demonstrationē ⁊ per sillogismū spectet ad rationē. tā ad dyaleticū q̄ ad rhetorē: eo ꝙ vterq̧ eo2 sunt artifices rōnales: spectabit determinare tā de demōstratione q̄ de sillogismo. artē ergo demōstrādi ⁊ sillogiçandi nō solū tradet dyaleticus s3 etiā rhetor. ¶ Dicēdū ꝙ si va eēt opinio Tullij qui totū negociū rhetoricū visus est collocare sub negocio politico: non haberet difficultatē qđ q̄ritur. q2 tūc rhetor non esset artifex rōnalis nec spectaret ad eū determinare de actibus rōnis: s3 cum f̄m phm̄ ⁊ f̄m v̄itatem rhetorica sit assecutiua dyaletice. ⁊ sit magis quedā dyaletica q̄ quedā politica. ⁊ vterq̧ tā rhetor q̄ dyaleticus sit de q̄busdā cōmunibus: ⁊ sint artifices rōnales. videt̄ eē rōnalis questio quare non vterq̧ determinat de demōstratione. cū demōstratiōē ꝯstituere ⁊ oīno sillogiçare ad rōnē ꝑtineāt. ¶ Sciēdum ergo ꝙ cū nostrū itelligere sit cū discursu. ⁊ cū nō possimus habere sciētias rerū nisi per rōnes ⁊ argumenta. vt pōt patere per habita. ne arguēdo etiā rōcinādo errarem' oportuit de ipsa rōne ⁊ argumētatione īuenire artem. ⁊ q2 rōnes ⁊ argumēta applicabilia sunt tā ad speculatiua ⁊ ad artes sciētificas ⁊ subtiles q̄ etiam ad agibilia ⁊ ad artes morales ⁊ practicas. ideo oportuit quasi duplicē dyaleticā īuenire. vnā que descēderet in artes speculatiuas ⁊ subtiles ⁊ hec cōmuni noīe appellata est logica. ⁊ aliā que dscēderet in artes morales ⁊ practicas. ⁊ hec vocata est rhetorica que dicit̄ eē assecutiua dyaletice. q2 est quasi quedā grossa dyalectica. tradere ergo artē arguēdi in sciētijs moralibus vt in politica ⁊ ethica spectat ad rhetorē. Attamē si arguat in illis sciētijs. cū rhetor ꝑcedat ex cōmunibus. politicus ꝑcedat ex ꝓprijs: erit rhetor q̄dā sophista politicus. sic tradere artem demōstrandi ⁊ tradere artē arguēdi in scientijs speculatiuis spālibus spectabit ad dyaleticū. Attamē si dyaleticus velit arguere in illis sciētijs. vt puta si per quedam cōmunia q̄bus ipse vtit̄ velit ꝓbare cōclusiōes geometricas vt si vellet per cōmunia ꝓbare circuli quadratū tam erit dyaleticus sophista geometra: sicut rhetor arguens in politica erit sophista politicus. ¶ Hoc viso p3 q̄d sit dicēdū ad questionē ꝓpositā. nā si rhetorica est q̄dā grossa dyaletica ⁊ eius est tradere modū arguendi in sciētijs moralibus ⁊ grossis. cū hꝰ sciē ꝑcedāt supficialr̄. ⁊ typo. i. exēplariter: eo ꝙ actus humani nō cadūt sub vna regula. nec de hꝰ actibus de quibus sunt tales sciētie possunt demōstratiōes ꝯstitui non spectabit ad rhetorē tradere artē de demr̄atiōe. ¶ Qđ v̄o arguebat̄ ꝙ rhetor est artifex rōnalis p3. q2 rhetorica est q̄si quedā grossa dyaletica. vnde nō spectat ad ipsū tradere de oī modo arguēdi. s3 solū determinabit de illis arguendi modis p quos arguimus superficialr̄ ⁊ typo. hꝰ aūt sunt exēplum ⁊ entimema. nō aūt demōstratio ⁊ sillogismus. ¶ Qđ v̄o vlterius arguebat̄ ꝙ de entimemate determinat rhetor ⁊ dyaleticus. ergo pari rōne poterit determinare vterq̧ de demōstratiōe: dicī d3 ꝙ non est sīle: sed qualr̄ nō sit sīle. ⁊ quō vterq̧ poterit determinare de entimemate: ⁊ nō de demōstratiōe cū exponetur passus ille habitus circa ꝑncipium huius libri ꝙ rhetorice ꝑsuadēt per exēpla ⁊ entimemata apparebit. ¶ Ulterius aūt dato ꝙ ad rhetorē non ꝑtinet tradere artē demōstrandi. Dubitaret forte aliqs vtrū hoc possit ꝑtinere ad artifices speciales. ⁊ videt̄ ꝙ sic. q2 fabricando fabri fimus ⁊ citharicādo adiscimꝰ citharicare: quare cū alie sciē demōstrēt. ergo in alijs sciētijs ars traditur demōstrādi. ¶ Dicēdū ꝙ cū scire sit p cām nō suffic̄ demōstrare ad hoc ꝙ tradat̄ ars demōstrādi nisi reducat̄ demōstratio in suas cās. cū ergo quelib3 sciētia specialis demōstret op3 ꝙ id qđ est causa demōstrādi non sit spāle alicui scientie sed sit cōmune ad oēs scias. vt si hoc mō reducit̄ demōstratio in suas causas ꝙ sit ex ꝓprijs ⁊ veris ꝑcedere. ex ꝓprijs ⁊ veris nō est spāle alicui sciē: s3 est cōe cuilibet arti. q̄re cū ars demōstrandi nō possit tradi per terminos spāles: s3 p cōes eo ꝙ ꝯmune sit cuilib3 sciētie demōstrare: tradere artē demōstrādi nō ꝑtinebit ad aliq̄ sciam spālē: s3 hoc erit opus artificis cōis. ¶ Est ergo diligēter notādū ꝙ sicut aliqua istrumēta ferrea cuiusmodi sunt vomer ⁊ acꝰ faber ꝯponit: sed nō vtit̄. aliqs aūt artifex cuiusmodi sunt agricola ⁊ sutor eis vtit̄: s3 non cōponit. aliqs aūt nec vtit̄ nec ꝯponit. q2 multe sunt artes que nō fabricāt acū nec vomerē nec vtunt̄ illis. Sic ⁊ circa demōstrationē dicere possumꝰ ꝙ aliqs artifex vt logicꝰ tradit artē demōstrādi. ⁊ tñ demōstratione non vtit̄. aliqs aūt artifex vt q̄libet artifex specialis demōstratiōe vtit̄. nec tñ tradit artē demōstrādi eo ꝙ ars demōstrādi nō nisi p cōes terminos tradi pōt. q̄bꝰ vti non ꝓprie spectat ad artifices spāles. ¶ Rursus cū demōstratio ꝑtineat ad actꝰ rōnis tradere artē demōstrādi nō ꝓpe spectat nisi ad artificē rōnalē. nā sicut solus faber eo ꝙ ipse verset̄ circa mām ferreā h3 fabricare organa ferrea licet nō oībꝰ organis ferreis vtat̄. sic solus artifex rōnalis h3 tradere artē de demōstratiōe. ⁊ de alijs q̄ sunt p acꝰ rōnis ꝯstituta. lic3 ipse nō oībꝰ talibꝰ vtat̄. Artifex g̊ rōnalis cuiusmodi est logicꝰ tradit artē demōstrādi. nō tñ demōstratiōe vtit̄. Artifex aūt realis spālis cuiusmodi est geometricꝰ arismetricꝰ. ⁊ q̄libet talis demōstratiōe vtit̄. artem tñ demōstrādi nō tradit. s3 artifex realis cōis cuiusmodi est metaphisicus nec ꝓprie demōstratione vtitur: nec artē demōstrandi tradit: nā hꝰ artifex q2 cōis est ideo ꝓpe demōstratione nō vtit̄ cum demōstratio sit de ꝓprijs. ¶ Rursus q2 hꝰ artifex nō est rōnalis s3 realis. iō artē demonstrādi non tradit. ipse eni3 metaphisicus ꝓprie

non demõstrat. nisi velimus accipere demonstrationez
large pro omni certa cognitiõe. qd maxime cõpetit me
taphisico. Metaphisici enim non est demonstrare. sed
eius est declarare qditates ac rez essentias. ¶ Ulteri⁹
aũt dubitaret forte aliqs. qꝛ videt̃ incõueniens ꝙ aliqs
det artẽ demõstrãdi ⁊ tñ nõ demõstret. nã si fabrificã
do fabri fimus. ⁊ citharizando adiscim⁹ citharizare. oꝫ
ꝙ demõstrãdo adiscamus artez demr̃andi. ergo cũ tra
dere artẽ demr̃andi idẽ sit qd docere demõstrare. cum
nõ videat̃ possibile ꝙ aliqs doceat artẽ demõstrãdi ni
si demõstrãdo. qꝛ nõ aggenerant̃ habitus nisi ꝑ act⁹ cõ
gruẽtes habitui. nõ videt̃ posse ꝙ logicus det artez de
mõstrandi: ⁊ tñ dando hꝫ artẽ nõ demõstret nec demõ
stratiõe vtat̃. ¶ Dicendũ ꝙ in arte est cõsiderare duo.
aliqd qd est formale. ⁊ aliqd qd ẽ mãle. vt in arte domĩ
ficãdi qd formale est ibi ordo lapidũ ⁊ ordo coꝝ q̃ do
mũ ꝯstituũt. mãle aũt sunt ibi lapides ipsi: videm⁹ aũt
ꝙ si homo esset instruct⁹ in arte domificãdi ⁊ sciret cõ
grue ordinare lapides ĩ domo cũ videamus aliquos la
pides eẽ molles ⁊ aliquos duros. ⁊ ex mollib⁹ fit dom⁹
debilior ⁊ ex duris fortior si ille istructus sic in arte do
mificandi nũq̃ fecisset domũ ex lapidib⁹ duris. ad hoc
ꝙ sciret domũ ex lapidibus facere nõ oꝫ ꝙ aliqs doce
ret eũ artem domificandi. nec ꝙ domificaret corãz eo.
sꝫ sufficeret ꝙ ostẽderet qui sunt lapides duri dicẽs ꝙ
ex eis fortior fit domus. nã domificare ex lapidib⁹ du
ris nõ differt a domificare simplr̃ nisi in mã necessaria
⁊ sillogizare ex ꝓprijs ⁊ veris. qd facit demr̃atio de qua
determinat̃ in hoc libro posterioꝝ: non differt a sillogi
çare simpl̃r de quo determinat̃ in libro prioꝝ nisi ĩ ma
teria. addit enĩ sillus demõstratiuus supra sillm̃ sim
pliciter necẽitatẽ materie. postq̃ qs ẽ instructus in libro
prioꝝ. ⁊ scit artẽ sillogiçãdi quãtũ ad id qd est formale
ad hoc ꝙ discat demõstrare nõ oportet sillogiçare: sed
ei sufficit ꝙ materia ostẽdat̃ ex qua ꝯstat demõstratio.
tunc enim cũ arte sillogiçãdi quã didicit in libro prioꝝ
⁊ cũ cognitiõe materie demõstratiue de qua dicet̃ in li
bro posterioꝝ habebit sufficiẽter artẽ demõstrandi. vñ
ꝑhus potissime venat̃ in hoc libro ostẽdens ex quib⁹
cõstat demõstratio. docens ꝙ ꝯstat ex ꝑmis ⁊ veris im
mediatis causisq̃ cõclõnis. Propter qd patet ꝙ si do
cens sillogiçare sillogiçat: qꝛ ibi tradit̃ ars sillogiçandi
q̃tuz ad id qd est ibi formale quã artem nullus posset
adiscere nisi sillogiçaret in mẽte vel in voce. tñ docens
demõstrare nõ oꝫ ꝙ demõstret: qꝛ demonstratio supra
sillogismũ simpl̃r nõ addit nisi necessitatẽ materie. Co
gnita g̃ arte sillogiçãdi ad hoc ꝙ detur ars demonstrã
di sufficit determinare de materia ex qua demõstratio
cõstat. Dans ergo artez demõstrãdi nõ demõstrat nec
demõstratiõe vtit̃ nisi per accñs. gr̃a exempli. q̃ exem
pla nõ sunt de necessitate artis nec sunt ꝑ terminos qui
bus vtit̃ logicus: sed qbus vtunt̃ alij artifices. ¶ Ulte
rius aũt cum demonstratio reducat̃ in suas causas ⁊ in
sua ꝑncipia ⁊ aliter nõ possit tradi ars demonstrãdi nisi
sciẽdo causas ⁊ elta demõstrationis q̃ cause ⁊ elta sunt
prima vera ꝓpria ⁊ imediata: qꝛ ex talib⁹ causat̃ demõ
stratio cum in traditione hui⁹ artis possit formari que
dã ratio ⁊ qdã sillogismus vt dicat̃: quicũq̃ sillogism⁹
constat ex primis veris ꝓprijs ⁊ imediatis est demon
stratio ⁊ est sillogismus faciẽs scire. sillogismus q tradi
tur in hoc libro ẽ hꝫ. g̃ ⁊c̃. ¶ Dubitaret forte aliqs. vtꝝ
hic sillogismus qui põt formari in tradẽdo artẽ demõ
strãdi sit demõstratio vel sills thopicus. vel quis sillo
gismus debeat noĩari. Nõ aũt dici põt ꝙ hꝫ sillogism⁹
factus sit sills simpl̃r de quo determinat̃ in libro poꝝ
cum applicatus sit ad aliquid spãle: nec etiã dici põt ꝙ
sit sillus thopicus: qꝛ hꝫ sillus nõ est necessari⁹: sed est
vt in pluribus. sillus aũt sic factus est necessarius. qꝛ ar
guit de necessitate hꝫ rõnez factã demr̃ationẽ esse: nec
etiã dici põt ꝙ sit sophisma: qꝛ tũc peccaret in forma ⁊
nõ ꝯcluderet. relinqtur g̃ sic demr̃atio. ergo tradens ar
tem demr̃andi demõstrat. ¶ Dicendũ ꝙ s̃m ꝯmenta
torẽ logicus potest ꝯsiderari dupl̃r. vel vt docẽs. vel vt
vtẽs. si ꝯsiderat̃ vt docens. sic quodãmõ est artifex spã
lis ⁊ est de speciali aliquo: qꝛ est de actibus rõnis. vel de
his q̃ ꝑ hꝫ actus ꝯstituimus. hoc g̃ modo tradit artẽ sil
logiçandi determinãs de sillo qui sillus ad rationẽ ꝑti
net ⁊ ꝑ actũ rationis cõstituit̃. hoc mõ ẽt tradit artẽ de
monstrandi. nã per demr̃ationẽ arguere pertinet ad ra
tionẽ: ⁊ artificis ratiõalis est hꝫ artẽ tradere. ¶ Cum g̃
tradẽdo talem artẽ logicus aliquas rationes format: si
queratur cuiusmodi sunt ille ratões. Dicendũ est ꝙ sicut
logica ꝓprie non est scientia: sed modus sciẽdi. sic ille ra
tiones nõ ꝓprie sunt demõstratio: sed docẽt modũ de
mõstrandi. quãtũcũq̃ ergo logicus ꝯsideret̃ vt docẽs.
⁊ quãtũcũq̃ s̃m ꝙ hꝫ faciat necessarias ratões: qꝛ non
omnis necessaria ratio est demr̃atio. sꝫ illa q̃ ꝓcedit ex
ꝓprijs cuiuslibet discipline ⁊ q̃ aggenerat in nobis sciẽ
tiam: rõnes q̃s tradit logicus sunt vt est docẽs ⁊ vt tra
dit artẽ demõstrandi ⁊ sillogiçãdi. tuz qꝛ hꝫ rõnes pro
cedũt ex qbusdã cõibus. tum etiã qꝛ nõ in omnibus ag
generãt sciẽtiã: sed modũ sciẽdi demr̃atiões dici nõ de
bent nisi forte accipet̃ large demr̃atio pro omni neces
saria ratione. s̃m quẽ modũ loquẽdi demonstrat etiaz
metaphycus: qꝛ multas infallibiles rationes facit. pro
prie ergo loquẽdo artifices spãles demõstrãt: qꝛ illi ꝓ
cedunt ex ꝓprijs alicuius specialis discipline. Artifices
vero cões non ꝓprie demonstrãt nisi accipiatur demõ
stratio large ꝓ omni necessaria ratiõe siue procedat ex
cõibus siue ex ꝓprijs siue aggeneret sciẽtiã siue modũ
sciẽdi. Patet ergo ꝙ ratões logici vt tradit artẽ demõ
¶ Dubitabit eni vtiqz aliqs vtrū sit idē ꝛ scōz idē scire diffinitōe ꝛ demōstratiōe aut ipos'e. Diffinitio eni qd̄ qd ē scire vī. qd̄ qd ē āt oē vniuersale ē ꝛ p̄dicatiuū ē. Syllogismi qdē alij sunt priuatiui: alij aūt nō vniuersales: puta q qdē in scd̄a figura priuatiui oēs sunt, in tertia vero non vniuersales.

¶ Exeqt̄ de p̄dictis q̄ttuor ꝛ exeqt̄ de eis arguēdo ꝛ opponēdo sic dicebat se velle exeq. Circa qd̄ q̄ttuor fac. qꝛ p̄ exeqt̄ de q̄rto. vz. quoꝝ ē diffi° ꝛ q̄ sūt diffinibilia. vtꝝ sint eadē. s. diffinibilia ꝛ demrabilia. 2° exeqtur de tertio. vz. qd sit diffi° vtꝝ sit idē qd̄ demratio. 3° exeqt̄ de scd̄o. vz. qd sit modus itroductiōis: ꝛ qd sit modus venādi diffinitionē vtrū via sillogistica reduplicatiua. vel diuisiua. vel q̄l'r. q̄rto exeqt̄ de p̄. vz. vtꝝ qd̄ qd est demret̄ur. scd̄a ibi (Manifestū est vtiqz diffi°) Tertia ibi (Jpsius aūt qd̄ qd ē) q̄rta ibi (Qual'r igit̄ diffiniēs) Circa p̄m duo fac. qꝛ p̄ ɔ̄pat diffinibilia ad demōstrabilia. 2° epilogat circa determiata. ibi (Manifestū itaqz.) Diffinibilis ōt ad demrabilia possunt tripl'r cōparari. p̄ vtꝝ oīa d̄mrabilia sint diffinibilia. vel qd̄ idē est: vtꝝ oīuz quoꝝ est demratio sit diffinitio. scd̄a ɔ̄patio pōt eē q̄ȝtū ad ɔ̄uersaz hui⁹. vtꝝ oīa diffinibilia sint demōstrabilia. tertia ɔ̄patio pōt eē pticularis. vtꝝ vni⁹ alicui⁹ eiusdē possit eē simul demratio ꝛ diffi°. Tria ergo facit. qꝛ pmo pbat ꝙ non oīa demrabilia sunt diffinibilia. 2° pbat ɔ̄uersaz ꝙ nō oīa diffinibilia sūt demōstrabilia. 3° declarat ꝙ nullius eiusdez sil' ē diffinitio ꝛ d̄mratio. scd̄a ibi. (Qd̄ āt) tertia ibi (Sz vtꝝ si nō oīa)

Circa p̄mū tria facit: qr̄ p̄ ostēdit de oībus demr̄abilib⁹ gn̄alr̄. q̄ nō oīa demr̄abilia sūt diffinibilia. z° ostēdit h⁹ de demr̄abilib⁹ p̄ p̄mā figurā sp̄alr̄: q̄ nō oīa talia sūt diffinibilia. 3° epilogat circa determinata. z° ibi (Postea neq̄.) 3° ibi. (Qm̄ quidē igit̄.) Dicit ḡ. (Dubitabit aūt aliqs vtrū sit) .i. ɔtingat (scire idē ꝛ s̄m idē p̄ diffinitionē: ꝛ scire p̄ demr̄otionē aut ipoſſe). vz. q̄ sit idē diffinibile ꝛ demōstrabile. ꝛ p̄mo exequit̄ q̄ nō est idez scire p̄ diffinitionē ꝛ demr̄ationē: qr̄ nō est idē esse diffinibile ꝛ demr̄abile q̄tū ad demr̄ationē gn̄alr̄: qr̄ nō oīa demonstrabilia sunt diffinibilia. Jō ait. q̄ (diffō q̄dē eni q̄d q̄d est videt̄ scire.) .i. videt̄ facere scire (q̄d q̄d est autē oē est vl̄e p̄dicatiuū.) Diffinitio eni p̄dicat̄ vl̄r ꝛ affirmatiue de suo diffinito. (Silli aūt aliq̄ sūt p̄uotiui. aliq̄ quidē nō vl̄es sicut in scd̄a figura. sunt q̄dē oēs p̄uatiui. In tertia āt) figura sunt q̄dē oēs (nō vl̄es) .i. p̄ticulares. Formet̄ ḡ sic rō. diffinibilia: vel ea quoꝝ ē diffinitio sunt oīa vl̄ia affirmatia: s̄z nō oīa demr̄abilia: nec oīa sillogizabilia sūt vl̄ia affirmatiua: qr̄ q̄dā sunt p̄uatiua: q̄dā p̄ticularia. ḡ nō oīa talia sunt diffinibilia. ¶ Dubitaret forte aliqs: qr̄ cū hic agat de sill'is demr̄atiuis: videt̄ q̄ nulli sūt tales p̄ticulares: qr̄ cū p̄ticulariū nō sit scia: eoꝝ nō erit demr̄atio. ¶ Dōm q̄ scia p̄ se est vl̄iuz. pōt aūt esse particulariū: in q̄tū vl̄ia possūt ad particularia applicari: vt medicus p̄ sciaz quā h̄z de vl̄i curat hūc egrū particularē applicādo suā sciam vl̄em ad hūc p̄ticularē. sic ꝛ demr̄ationes p̄ se ꝛ directe sunt de vl̄ib⁹. p̄nt aūt esse de particularib⁹: p̄ut illa vl̄ia p̄nt ad p̄ticularia applicari. Dicem⁹ eni q̄ demr̄atio est q̄dā organū ipsi⁹ intellect⁹ ducēs ipsuz in sciaz. Sicut ḡ se h̄nt vl̄e ꝛ particulare ad intellectū: sic suo mō poterūt se ita habere ad demōstrationē. Cōstat aūt q̄ per se ꝛ directe vl̄e est obiectū intellectus. ḡ per se ꝛ p̄mo intellectus intelligit vl̄e. pōt tn̄ intelligere p̄ticulare p̄ reflexionē applicādo se sensui. sic directe ꝛ p̄ se demr̄at̄ vl̄e. pōt tn̄ illa demr̄atio vl̄is applicari ad aliqd̄ p̄ticulare. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Postea neq̄z eorū q̄ sūt i p̄ria figura oīuz est diffō: vt q̄ oīs triāgulus duob⁹ rectis eq̄les h̄z tres. Hui⁹ āt rō ē q̄m scire demōstratiue ē demōstrationez h̄re. q̄re si in talib⁹ demōstratio est: manifestū q̄ ipsoꝝ nō erit diffinitio.**

¶ Ostēdit hoc sp̄alr̄ de p̄ma figura: q̄ nō oīa q̄ sūt demonstrabilia sūt diffinibilia. Circa q̄d q̄tuor facit s̄z q̄ q̄tuor rōnes adducit ad p̄positū. z° ibi. (Sciet eni.) 3° ibi. (Sufficit autē fides.) 4° ibi. (Amplius si diffō.) Dicit ḡ q̄ (postea neq̄z eoꝝ oīuz q̄ sūt in p̄ma figura est diffō: vt q̄ oīs triāgulus h̄z tres) angulos (eq̄les duobus rectis) hoc est aūt demr̄abile p̄ p̄mā figurā: ꝛ tn̄ nō ē diffinibile. Et subdit q̄ (hui⁹ rō ē). vz. q̄ demr̄abile p̄ p̄mā figurā nō ē diffinibile. (q̄m demr̄atiue scire est demonstrationē h̄re. q̄re si est demr̄atio in talib⁹) q̄ sciunt̄ per demōstrationē (manifestū ē q̄ nō erit diffō ipsoꝝ) vis ḡ huius rōnis in hoc ɔsistit. demr̄abilia sciunt̄ p̄ demonstrationē. ḡ taliū nō est diffō. ¶ Dubitaret forte aliquis vn̄ sequit̄ hec ɔn̄a. q̄ si vl̄ia affirmatiua que demōstrantur p̄ p̄mā figurā sciunt̄ p̄ demr̄ationē q̄ taliū nō sit diffinitio. ¶ Dōm q̄ ea quoꝝ est diffō nō sciunt̄ p̄ demonstrationē. Nihil ḡ q̄d scit̄ p̄ demr̄ationē h̄z diffōnē: quia q̄cq̄d scit̄ p̄ demr̄ationē: nō pōt sciri nisi habita demonstratiōe eius. Si ḡ aliqd̄ demōstrabile esset diffinibile: tūc demr̄abile posset sciri per diffinitionē. ꝛ si posset sciri p̄ diffinitionē. posset ḡ sciri sine demr̄atione. q̄d est icōueniēs. Uel potest hoc aliter declarari: ꝛ in idem redit. Nā vnius scibilis vt dicet̄ infra vnus est potissim⁹ modus sciēdi. Si ergo demōstrabile potissime scit̄ p̄ demōstrationē. nullum demōstrabile erit diffinibile: quia diffinibile potissime scit̄ per diffōnez. ipsa ḡ vniuersalis affirmatiua: qr̄ sunt apta nata sciri p̄ demr̄otionē: ɔn̄a ē q̄ nō habeāt diffinitionē. ¶ Aduertendū aūt q̄ rō quare demr̄abile nō est diffinibile est: qr̄ oē demr̄abile est q̄d complexū. diffinitio aūt nō est ɔplexoꝝ: sed simpliciuz. hois eniz albi nō est diffinitio: vt p̄bat̄ in. 7. meta. demōstrat̄ eni passio de subiecto. hoc autē totū simul passio ꝛ subm̄ diffinitionē nō h̄z. diffinitio eni est sermo declaratiuus alicuius nāe vel eēntie. Q̄d ḡ nō dicit vnā eēntiaz nec vnā nāz diffōne caret. Suba ergo qr̄ h̄z eēntiā vnā per se existētē h̄z diffōnez simplicē. Accn̄s autez qr̄ dicit eēntiā vnā depēdentē h̄z diffōnez p̄ additomēto. Complexum autē qr̄ nō dicit eēntiā vnam diffinitione caret. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Sciet enim vtiq̄z aliquis ꝛ s̄m diffinitionez nō habens demōstrationē. nihil. n. p̄hibet nō simul habere.**

¶ Adducit secūdā rōnez. d. (Sciet eniz aliq̄s) su. affirmatiuū (s̄m diffōnē. nō h̄ns tn̄ demr̄ationē) qr̄ (nihil eniz p̄hibet h̄re) illa duo (nō simul) est ḡ vis rōnis hui⁹ q̄ nō nec̄e est de quolz vl̄i affirmatiuo h̄re simul diffōnez ꝛ demr̄ationē. nā q̄libz tale demr̄abile eēt diffinibile. ¶ Dubitaret forte aliq̄s vn̄ seq̄t̄ hec ɔn̄a. q̄ si nō ē necesse de talib⁹ vl̄ibus affirmatiuis sit h̄re diffinitionē ꝛ demr̄ationē q̄ h̄ demr̄obile nō sit diffinibile. Dicēdū q̄ hec ɔn̄a h̄z verificari hoc mō. qr̄ si eēt diffinitio oīuz taliū demr̄abiliū p̄ p̄mā figurā. tunc eēt p̄ se q̄ demonstrabile affirmatiue esset diffinibile. ꝛ si p̄ se demr̄abile esset diffinibile. ɔn̄s esset q̄ demr̄atio eēt diffinitio. ꝛ si demōstrotio eēt diffinitio de nullo tali possemus habere diffinitionez de quo nō haberem⁹ demr̄atiōez. Si ḡ nō nec̄e est habere sil' diffinitionē ꝛ demr̄ationē diffō nō esset demr̄atio. ꝛ p̄ ɔn̄s diffinibile nō eēt dēmr̄obile. Si ḡ diffinitio nō respicit ea q̄ sunt p̄ accn̄s: oz q̄ habitudo in talib⁹ sit habitudo p̄ se. p̄ se āt non pōt eē habitudo demr̄abilis ꝛ diffinibilis nisi demr̄otio eēt diffinitio. vn̄ faciēda ē vis i textu ph̄i. Utrū idē s̄m idem ɔtingat scire p̄ demr̄ationē ꝛ p̄ diffinitionē. vel idez s̄m idez sit diffinibile ꝛ dēmr̄abile. nā nō ē icōueniēs q̄ idē s̄z aliud ꝛ aliud sit demr̄abile ꝛ diffinibile. nā idez aliqd̄ simplr̄ ꝛ s̄m se sumptū est diffinibile. ɔplexū alteri ꝛ faciens p̄pōnez cū ipo est demr̄abile. s̄z si idē s̄m idez sine vl̄r in oībus demr̄atiōib⁹ siue i p̄ma figura tn̄ esset diffinibile ꝛ demr̄abile. vel gn̄alr̄ hoc ɔtigeret q̄ demr̄atio eēt idē q̄d diffinitio. vel saltem i p̄ma figura hoc v̄itatē haberet. cū ergo hoc falsuz sit. qr̄ possum⁹ h̄re diffinitionē alicuius non habēdo demr̄ationē: non oē demr̄abile ēt per p̄mā figurā est diffinibile. imo nullū tale est diffinibile. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Sufficit aūt fides ex inductione. nihil enim aliquando diffinientes cognoscemus. neq̄z eorū que per se sunt neq̄z scd̄m accidens.**

¶ Adducit ad hoc tertiā rōnē. d. (Suffic̄ āt fides) ad h⁹ oñdendū (ex iductiōe. nā aliq̄n diffinietes. nihil. n. cognoscimus. neq̄z eoꝝ q̄ sūt p̄ se neq̄z eoꝝ q̄ sūt p̄ accn̄s.) nō est ḡ oē demr̄abile diffinibile. imo loq̄ndo eodē mō ꝛ p̄ se nullū demr̄abile ē diffinibile. qr̄ si idē s̄m idē eēt demr̄abile ꝛ diffinibile nō possem⁹ de illo h̄re diffōnez nisi sciremus ea q̄ ei isūt ꝛ q̄ p̄nt p̄bari d̄ ipso p̄ demr̄ationē. S̄z iducēdo i multis videm⁹ q̄ multotiens diffiniendo aliq̄d nihil scimus de his q̄ isūt ei. ꝛ nō solū nihil scimus de eis que isunt ei p̄ se ꝛ q̄ p̄nt de eo ɔcludi p̄ demr̄ationē: sed etiā nō est necesse nos scire ea que isūt

ei per accidēs. non ergo eodē modo cōparaṫ aliquid ad diffinitionē ⁊ ad demōstrationē. nec idē ſm idē eſt diffinibile ⁊ demōſtrabile. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Amplius ſi diffinitio ſubſtātie alicuius notificatio eſt manifeſtū q̄ nō ſunt ſubſtātie.

¶ Adducit ad hoc q̄rtā rōnē. d. (Amplꝰ ſi diffō ē q̄dā cognitio ſube) hꝫ aūt q̄ demrāṫ (manifeſtū eſt q̄ nō ſūt ſube) ḡ ſu. nō erit diffō eoꝝ quoꝝ eſt demratio. ¶ Notandū aūt q̄ diffō p ſe ⁊ p̄ eſt ſubarū: vt ſumunṫ ſm ſe ⁊ ſimplr. demrationes autē nō ſunt hꝫ: qꝛ nō ſunt ſubarū ſm ſe ⁊ ſimpliciter: ſed magis ſunt per ſe paſſionū vt ſūt in ſubſtantijs. non ergo eorūdeꝫ erit diffinitio quoꝝ eſt demōſtratio. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Quoniā quidē igitur nō eſt diffinitio omnis cuius eſt demōſtratio manifeſtū eſt.

¶ Epilogat circa determinata. d. (Qm̄ quidē igiṫ non eſt diffinitio oīs cuius eſt demratio manifeſtū eſt). ¶ Notandū aūt q̄ phs de his rōnibus īmo oēs ſi bene inſpiciantur cōcludūt vtrūq̄ꝫ. vꝫ. q̄ nō ſit diffinitio quoꝝ ē demōſtratio: nec ecōuerſo. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quid aūt cuius eſt diffinitio: nunq̄d oīs demōſtratio ē aut nō vna q̄dē vtiq̄ꝫ rō ⁊ de hoc eadē eſt. vniꝰ enī inq̄ꝫtū vnū vna eſt ſcia. q̄re ſi vere ſcire demōſtratiōe eſt ſciam hr̄e: accidet quoddā ipoſſibile. diffinitionē enī habēs ſine demōſtratione ſciet.

¶ Adducit rōnes ad ꝯuerſaꝫ partē, vꝫ. q̄ nō ſit demratio oīs cuiꝰ eſt diffō. circa qd̄ duo facit ſꝫ q̄ duas rōnes adducit. ſcd̄a ibi (Amplius p̄ncipia). Dicit ḡ. (Quid ē aūt cuius ē diffinitio. nūq̄d eſt oīs cuius eſt demratio). q. d. nūq̄d oē diffinibile eſt demrabile: aut nō ē. Et ſubdit q̄ (vna q̄dē iā rō eſt ⁊ de hoc eadē) cū ſuprioribꝰ: qꝛ (vniꝰ enī inq̄ꝫtū vniꝰ vna eſt ſcia: q̄re ſi ſcire demrabile eſt demratione hr̄e. accideret q̄dā ipoīe) ſi ponaṫ diffinibile demrabile (diffōnē enī habēs ſine demratione ſciet) q. d. q̄ ſi diffinibile eēt demrabile: cū poſſumꝰ hr̄e diffōnez anteq̄ꝫ habeamꝰ demrationē ſeq̄reṫ hoc incōueniens q̄ illud qd̄ poniṫ eſſe ſimul diffinibile ⁊ demrabile poſſemꝰ ſcire p diffōnē añq̄ꝫ haberemꝰ de ipo demrationē. poſſet ḡ ſciri aliqd̄ demrabile anteq̄ꝫ habereṫ de eo demratio: qd̄ eſt icōueniēs. ¶ Notādūꝫ aūt q̄ vis huiꝰ rōnis: vt ſupra patuit habita fuit ī q̄re illa. Poſtea neq̄ꝫ.

¶ Dubitaret forte aliq̄s q̄uō poſſit hoc ꝯtingere q̄ de aliquo poſſumꝰ hr̄e diffōnē nō habēdo de ipo demrationē.

¶ Dōm q̄ cognitio ſimplicis p̄cedit cognitionē cōpoſiti ⁊ cognitio abſoluti p̄cedit cognitionē reſpectiuā. Igiṫ cū diffinitio ſit rei ſꝫ ſe. demratio aūt ſit rei in ordīe ad aliud. diffinitio p̄cedit demrationē. Poſſumꝰ enī dicere q̄ diffinitio ⁊ demratio oīno habēt modū oppoſitū. Nā diffinitio p̄p̄e eſt ſubarū. Si aūt eſt accn̄tiū: hoc eſt put accn̄tia ſignificanṫ p modū ſube. Nā nō eſt p̄p̄e diffinitio niſi eoꝝ que ſūt p ſe in gn̄e. Accn̄tia nō ſunt p ſe in genere: niſi vt ſignificanṫ p modū abſtractiōis. Iuſtū eniꝫ nō ē in gn̄e ſꝫ iuſtitia: ſꝫ accn̄tia in abſtractiōe ſignificata ſumunṫ p modū ſube ⁊ tanq̄ꝫ p ſe exn̄tia. imo ⁊ ſi diffiniunṫ ꝯcreta: vt ſi diffiniaṫ ſimū: nō diffiniṫ q̄ꝫtuꝫ ad id qd̄ iplicat. Nā hoīs albi nō eſt diffō. ⁊ ſubꝫ ⁊ accn̄s acceptū totū ſimul diffinitionē nō habēt. Cū ḡ accn̄s in concretiōe iplicet ſubꝫ: ſi q̄ꝫtū ad id qd̄ iplicat hēret diffōnē tūc hoīs albi eēt diffinitio. ḡ accidēs ſolū diffinitionē hꝫ q̄ꝫtū ad id qd̄ ſignificat. Sꝫ accn̄s ſic acceptū eſt q̄dam res per ſe in p̄dicamēto. ſic enī acceptū induit quēdam modū ſube: qꝛ qd̄ nec eſt p ſe ⁊ eēntialr̄ in ſuo p̄dicamento: nō hꝫ reſpectū accn̄talē ſꝫ eēntialē. Diffō ḡ p ſe ⁊ p̄mo eſt ſubſtantiarū. Si autez eſt accidentiuꝫ magis p̄p̄e eſt abſtractoꝝ q̄ꝫ ꝯcretoꝝ. ergo nō eſt accidētiuꝫ: niſi vt ſignificanṫ per modū ſubſtātie. Nā accidētia in abſtractione ſūpta induunt quēdā modū ſubſtātie: ⁊ accidentia ꝯcreta vt habēt diffinitionē quēdā moduꝫ ſubſtātie induunt. ſic ergo ſe hꝫ diffinitio. ſed demonſtratio habꝫ modū oppoſitū. naꝫ per ſe demōſtratio eſt accidētium. Si autez eſt ſubſtātiarū hoc non ē ſm ſe: ſꝫ vt ſubſūt accidētibꝰ. Ex hoc ergo apparet intētio phi in rōne illa. q̄ diffinitio eſt quedā cognitio ſubſtantie. ⁊ q̄ demōſtrationes nō ſunt hꝫ: quia vt dictū eſt diffinitio. vel eſt ſubſtantia: vel ſi eſt accidentiū hoc eſt vt induūt quēdā moduꝫ ſubſtātie. Demōſtrationes aūt nō ſūt hꝫ. imo ſe habent modo oppoſito: qꝛ vel ſūt accn̄tiū. vl̄ vt dicebamꝰ ſi ſūt ſubarū hoc eſt vt ſubſūt accn̄tibꝰ. Ex hoc etiā patꝫ qd̄ in hac q̄ſtione eſt q̄ſituꝫ. nā prius eſt cognoſcere ſubſtātiā ſm ſe qd̄ facit diffinitio: q̄ꝫ cognoſcere eaꝫ ī ordīe ad aliud: quod facit demonſtratio. Si ergo eſſet demonſtratio oīs cuius eſt diffinitio cuꝫ ſit per ſe ⁊ p̄ncipaliter diffinitio ipſius ſubſtantie: ⁊ qꝛ contingit de ſubſtantia p̄us hr̄e diffinitionē ⁊ cognoſcere eā ſꝫ ſe q̄ꝫ hr̄e demrationē ⁊ cognoſcere eā ī ordine ad accn̄s. Hac ḡ ipotheſi ſtāte q̄ ſit demratio cuiꝰ ē diffinitio poterimꝰ cognoſcere ſubam p diffinitionē añq̄ꝫ habeamꝰ de ea demrationeꝫ. ⁊ qꝛ ſuba poniṫ eē demrabilis eo q̄ ē diffinibilis cōtingit nos cognoſcere aliqd̄ demrabile nō hn̄do de ipſo demrationē. qd̄ eſt ipoſſibile. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Amplius p̄ncipia demōſtrationū diffinitiones ſunt: quoꝝ nō eē demōſtratiōes mōſtratū eſt prius: aut erūt demōſtrabilia p̄ncipia. ⁊ p̄ncipioꝝ p̄ncipia. ⁊ hoc in īfinitū abibit aut prime diffinitiones erūt idemōſtrabiles.

¶ Adducit ad hoc idē ſcd̄aꝫ rōnē. d. (Amplꝰ p̄ncipia demōſtratiōis ſunt diffinitiōes. quoꝝ). i. p̄ncipioꝝ (nō eē demratōes mōſtratū ē p̄us) in p̄mo. n. libro p̄batū fuit p̄ncipia eē idemrabilia. Et ſubdit q̄ (aut erant p̄ncipia demratiua). i. demrabilia. vt hꝫ alia trāſlatio (⁊ p̄ncipioꝝ p̄ncipia. ⁊ hoc in īfinitū abibit. aut p̄me diffinitiōes erūt indemōſtrabiles). q. d. q̄ ſi p̄ncipia ſunt demōſtrabilia erit p̄ceſſus ī īfinitū. ⁊ qꝛ hoc ē ipoſſibile: oꝫ q̄ prime diffinitiōes ſint indemōſtrabiles. ⁊ ſi p̄me diffinitiones ſunt īdemrabiles oꝫ q̄ prima diffinita ſint demonſtrabilia. Non ergo qd̄libet diffinibile ē demrabile. nec oīs cuiꝰ eſt diffinitio eſt demratio. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Sed vtrū ſi nō omnis eiuſdē ſꝫ alicuiꝰ eiuſdē ſit diffinitio ⁊ demōſtratio ſimul aut ipoſſibile. Non enī eſt demōſtratio cuius ē diffinitio. Diffinitio q̄dem enī ipſius q̄d eſt ⁊ ſubſtantie eſt. Demōſtrationes aūt videnṫ ſuppoſitiue eē ⁊ accipiētes qd̄ q̄d eſt. vt mathematice q̄d vnitas. q̄d impar ⁊ alie ſimiliter.

¶ Oſ̄dit q̄ nulliꝰ eiuſdē cuiꝰ ē diffiꝰ erit demratio. Circa qd̄ q̄ttuor facit ſm q̄ q̄ttuor rōnes adducit ad p̄poſitū ſcd̄a ibi (Amplꝰ oēs) tertia ibi (Amplꝰ alteꝝ) q̄rta ibi (Alteriꝰ aūt altera) Dicit ḡ (Sꝫ vtrū ſi nō oīs eiuſdē ē demratio ⁊ diffiꝰ ſꝫ cuiuſdā eiuſdē). i. ſi alicuiꝰ eiuſdē vt hꝫ alia trāſlatio ſit diffiꝰ ⁊ demratio (aut ipoſſibile) ſit diffinitionē ⁊ demōſtratōēꝫ eē eiuſdē. Et ſubdit q̄ (nō. n. ē demratio. cuius ē diffiꝰ) ⁊ reddit cāꝫ dicti dicēs q̄ (diffinitio q̄dē. n. ē ipſius qd̄ q̄d ē). i. ipiꝰ q̄ditatis (⁊ ſubſtātie). i. eēntie. ē. n. diffiꝰ ſmo expſſiuꝰ q̄ditatis ⁊ eēntie (ſꝫ demratōes videnṫ eē ſuppoſitie). i. eē ſupponētes. vt hꝫ alia trāſlatio (accipiētes) ſupponēdo. ſ. (qd̄ q̄dē ē vt

mathematice) supponētes.i.accipiūt supponēdo (qd ē vnitas: τ qd est ipar. τ alie) sīe (silr) accipiūt aliq̄ de qbus supponūt qd quid ē: vt geometria supponit quid sit circulus τ qd rectū: τ multa alia q̄ nō demōstrat qd sit: sꝫ supponēdo accipit. Tūc ḡ ē supplēda rō q̄ cū diffō declaret qd res sit. demſtatio hoc nō declarat sꝫ supponit. nullꝰ eiusdē erit diffō τ demſtatio. nā diffō ē q̄dā declaratio qditatis. demſtatio aūt nō ē declaratio qditatis: sꝫ supponit qditatē eē. ¶ Notādū āt q̄ nō ē demſtatio eiꝰ q̄ supponit. sꝫ eiꝰ qd pbat. Cū ḡ qd qd ē a demſtatione supponat. ḡ ipsiꝰ qd qd ē nō erit demſtatio. Cū ḡ ipsiꝰ sit diffō: nō erit eiusdē demſtatio τ diffō. ¶ Deide cū dicit.

¶ Ampliꝰ ois demōstratio aliqd de aliquo demōstrat; aut q̄ est aut nō ē. In diffōne aūt nihil alterū de altero p̄dicat: vt neq̄ aial de bipede: nec bipes de aiali: nec ēt de plano figura. nō.n. ē planū figura: nec figura planum.

¶ Adducit scḋaꝫ rōnē.q.d. (Ampliꝰ ois demſtatio demſtat aliqd de aliqꝰ. aut q̄ ē) si sit demſtatio affirmatiua. (aut q̄ nō ē) si sit demſtatio negatiua. (In diffōne aūt nihil alterū de altero p̄dicat: neq̄ aial de bipede) .s. p̄dicatur (neq̄ hoc) .s. bipes (de aiali) vt si hec sit diffō hois. aial bipes. i. hac diffōne genꝰ τ dr̄ia nō ɔiūgunt tanq̄ alterū de altero p̄dicās: sꝫ tanq̄ alterū alterū ɔ̄hēs. τ subdit q̄ (neq̄ ēt de plano) .s. figura p̄dicat: nec sup. e conuerso. vñ subdit q̄ (nō ē planū figura: nec figura planū) .q.d. i hac diffōne triāguli q̄ triāgulus ē figura plana τc. planū nō ē.i.nō dr̄ figura: nec figura planū: q̄ nō ɔiūgit vnū alteri tanq̄ de eo p̄dicāa. sꝫ vt ipsuꝫ ɔ̄hēs. ¶ Notā dū q̄ de dr̄ia nō p̄dicat genꝰ: vt pbat in.3.metaph. nisi put dr̄ia iplicat spēꝫ. de eo enī qd significat dr̄ia nō p̄dicat genꝰ. nō enī significat aliud aiatū q̄ aia: sicut nec significat aliud albū q̄ albedo. Albū.n. τ albedo nō differūt q̄tū ad rē significatā. sꝫ q̄tū ad modū significādi. sic ēt aiatū τ aia q̄tū ad rē significatā nō differūt. Si ḡ de eo q̄ significat aiatū p̄dicat aia. ipsa aia eēt aial: qd ē inrōniēs. de dr̄ia ḡ nō p̄dicat genꝰ. τ multo magis de gn̄e nō p̄dicat dr̄ia. De plano ḡ vt ē dr̄ia figure: vel de plano vt est ɔiūctū cū figura: τ facit diffōnē triāguli nō p̄dicat figura. nec e cōuerso. ¶ Deide cū dicit.

¶ Ampliꝰ alterū quod qd est τ q̄ est mōstrare. Diffinitio quidē igit qd ē ostēdit: demonstratio aūt q̄ sic est hoc de hoc aut nō est.

¶ Adducit tertiā rōnē.q.d. q̄ (alterū ē demſtare) .i. manifestare τ declarare (qd qd ē: τ q̄ est) . τ subdit q̄ (diffō quidē igit ondit) .i. manifestat τ declarat (qd qd ē. sꝫ demōstratio) ondit τ declarat q̄ (hoc ē i hoc) si sit demſtatio affirmatiua (aut nō ē) .i. aut ondit q̄ nō ē hoc i hoc si sit demſtatio negatiua. q.d. q̄ nō ē eiusdē diffō τ demſtatio: q̄ diffō declarat quiditatē simplicē. Est ḡ diffō ipsiꝰ rei incōplexe. demſtatio āt est rei cōplexe. demōstrat enim p demſtationē aliqd cōplexū: vt aliq̄ ppō affirmatiua: vt q̄ est hoc in hoc. vel aliqua negatiua: vt q̄ nō est. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Alterꝰ aūt altera demōstratio ē nisi sit tanq̄ pars q̄daꝫ totius. Hoc aūt dico: q̄ ostēsuꝫ ē de ysocbele q̄m hꝫ tres angulos duobus rectis eq̄les. Si ostēsus est ois triāgulus. pars enī ē: hoc āt totuꝫ: hec āt adiuicē nō se hn̄t. sic q̄ ē τ qd ē. Nō e.n. alterū alterius pars.

¶ Adducit q̄rtā rōnē.q.d. q̄ (alteriꝰ aūt rei ē altera demſtratio) .i. altera manifestatio vel declaratio (nisi sit tanq̄ quedā pars totius) . Et subdit (hoc aūt dico: q̄ ostēsuꝫ est de ysochele q̄ hꝫ angulos equales duobus rectis. sꝫ ostēsuꝫ ē de ol triāgulo.) Et subdit q̄ (hoc.n.ē ps) .s. ysocheles (hoc aūt totū) .s. triāgulus. τ subdit q̄ (hec autem adiuicē nō sic se habēt) nō enī est alteꝝ alteriꝰ pars. Est ḡ via rōnis huiꝰ q̄ diuersoꝝ diuersa est declaratio: nisi vnū sit pars alteriꝰ. Cū ḡ (q̄ est τ qd est) sint diuersa (τ vnū nō sit ps alteriꝰ) nō p idē declarabit q̄ ē. τ qd est. sed qd est declarat p diffinitionē. ḡ p diffōnē nō declarabitur q̄ est: q̄ tūc p ideꝫ declararent duo diuersa. sic ēt q̄ demſtatio declarat q̄ ē. nō declarabit demſtatio quid est. Semper ḡ demōstratio τ diffinitio declarāt aliud τ aliud. nō ḡ erit eiusdē hoc τ illud. ¶ Dubitaret forte aliquis: q̄ videt hoc esse falsum q̄ qd quid est. τ q̄ est sint sic diuersa q̄ vnū nō sit pars alteriꝰ. Nā qd est significat p simplicē terminū: q̄ est significat p ppōnē. Sic ḡ se habebit quid est ad q̄ est: sicut terminus ad ppositionē: sꝫ terminꝰ est pars ppōnis. ḡ quid est est pars de q̄ est. ¶ Dōm q̄ nō loquit hic phs de parte integrali: sꝫ de parte subiectiua. Si.n. aliq̄ duo sic se habēt adinuicē q̄ vnū sit ps subiectiua alteriꝰ: sicut ysocheles est ps subiectiua trianguli. q̄ est spēs eiꝰ. cū demſtat aliqd de toto vli. demſtatur illud de q̄libet pte subiectiua. Naꝫ qd pbat oi triāgula cōpetere pbat cōpetere ysocheli τ cuilibet spēi triāguli. nō tn̄ ita se hꝫ ō pte itegrali. nō.n. oꝫ q̄ passio ɔpetēs toti integrali ɔpetat pti eius. hr̄e.n. tres qd demōstrat de triāgulo nō ɔpetit linee q̄ est pars integralis eiꝰ: nec pōt talis passio de linea demſtari. Cū ḡ qd qd est nō sit ps subiectiua: q̄ est non eodē mō nec p idē declarabit vtrūq̄. hꝫ ergo se ista ratio q̄rta ad tertiā rōnē tanq̄ supplens rōnē tertiā: τ tanq̄ remouēs cauillationem ab ea. Dixerat enī ratio tertia q̄ q̄ est τ qd est sūt altera τ nō declarant p idē. Posset ḡ q̄s cauillare q̄ q̄ est. τ quid ē sic sūt altera q̄ vnū est ps alteriꝰ. ideo hoc remouet in ratione q̄rta. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Manifestū itaq̄ q̄ nec cuiꝰ diffinitio huius omnis sit demōstratio. nec cuiꝰ ois est demōstratio: huius ois sit diffinitio. quare oio eiusdē nulliꝰ cōtingit vtrāq̄ habere. Quare manifestū itaq̄ q̄ diffinitio τ demonstratio nec idem vtiq̄ erunt: nec alteruꝫ in altero: τ tanq̄ subiecta similiter se haberent. hec quidem igitur vsq̄ ad hoc opposita sunt.

¶ Epilogat circa determinata dicēs. q̄ (manifestū itaq̄ est. q̄ neq̄ sit diffinitio ōis cuiꝰ est demſtatio. Neq̄ etiā verū est. q̄ cuiꝰ oīa ē demſtatio q̄ huiꝰ ois sit diffinitio. q̄re) manifestū ē etiā ex dictis q̄ (oio nulliꝰ eiusdē) .i. de nullo eodē (ɔtigit habere vtrāq̄) .s. diffinitionē τ demōstrationē. Epilogat.n. tria. sm̄ q̄ tria pbauerat. Probauerat.n. q̄ nō ōē demſtabile ē diffinibile. τ q̄ nō ōē diffinibile ē demſtabile τ pbauerat tertiū. q̄ de nullo eodē habet simul demſtatio τ diffinitio. ¶ Tūc sequit pars illa (Manifestū itaq̄) in qua declarat tertiā q̄ōnē. declarata ē.n. qd q̄rta. vꝫ. quoꝝ sit diffinitio. τ vtꝝ sit eoꝝ quoꝝ ē demſtatio. iō hic incipit declarare q̄ōnem tertiā vꝫ. qd est diffinitio. vꝫ. vtrā sit idē q̄ demſtatio sꝫ breuiter se expedit de ista q̄ōne tertia. q̄ hec totalr̄ depēdet ex q̄rta. Si.n. declaratū ē quoꝝ ē diffinitio. τ q̄ nō est ipsoꝝ demſtabiliū. satis pōt haberi qd sit diffinitio. q̄ nō est idē qd demſtatio. Si.n. nullū diffinibile ē demſtrabile nec e cōuerso: nulla diffinitio erit demōstratio nec e cōuerso. Iō ait (Manifestū est itaq̄ q̄ diffinitio τ demſtatio nō idē erūt. nec ē alteꝝ i altero) .i. nec diffinitio erit demſtatio. nec vnū ē pars alterius. Nō est.n. alteriꝰ

in altero tanq̄ pars i toto. Et subdit φ (ꝛ naq̄ subiecta silr se haberēt). Cū ḡ subz demr̄atōis .i. demōstrabile. ꝛ subm diffōnis .i. diffinibile: nec sint idē: nec vnū sit ps alterius: qꝛ qd est: ꝛ qꝛ est nec sūt idē nec alterū est pars alteri⁹: oꝫ φ diffō ꝛ demr̄atio nec sūt idē: nec alterū alterius pars. Et subdit φ (hec qdē vsq̄ huc opposita sunt) .i. p modū oppōnis: ꝛ p modū argumētatiōis dicta sunt. ℭ Notādū aūt tria eē declarata supius. vꝫ. φ nō oē demōstrabile est diffinibile. Nā si hoc eēt tunc demr̄abile eēt ps ipsi⁹ diffinibilis. demr̄atū est ēt φ nō oē diffinibile ē demr̄abile: qꝛ si hoc eēt: tūc diffinibile eēt ps ipsius demr̄abilis. demr̄atū est etiā φ nullū vnū ꝛ idē est simr̄ demr̄abile ꝛ diffinibile. ḡ ostēsuꝫ est φ demr̄abile ꝛ diffinibile q̄ sūt subta demr̄atiōis ꝛ diffōnis sic se habēt φ nec sūt idē: nec est alterū in altero: sic ps in toto. ḡ demōstratio ꝛ diffō sic se habebūt φ nō erūt idē. nec erit alteruꝫ in altero: sic ps in toto. ℭ Notādū ēt φ id dr̄ eē subiectū alicui circa qd̄ vsat̄ illud: vt ferrū dr̄ subyci arti fabrili: qꝛ circa ipsuꝫ vsat̄ talis ars: sic ēt qꝛ circa diffinibile versat̄ diffō: ꝛ circa demr̄abile demr̄atio. diffinibile ꝛ demr̄abile dicunt̄ eē subta diffōni ꝛ demr̄atiōi. ℭ Notādū aūt φ ꝓcedere mō argumētatiuo ꝛ oppositiuo dr̄ aliqs qn̄ nō plene determiat vitatē. modicū aūt est scire de diffōne quoꝝ sit si scim⁹: qꝛ nō est eoꝝ quoꝝ ē demōstratio: ꝛ modicū est scire de diffōne qd sit ex eo φ scim⁹ φ nō ē demr̄atio: nec ps demr̄atiōis. Et qꝛ hec sunt mō declarata de qōnib⁹ illis. vꝫ. quoꝝ ē diffinitio: ꝛ qd ē diffinitio. iō phs ait φ hec vsq̄ huc opposita sūt. s. mō oppositiuo ꝛ argumētatiuo dicta: nō āt sī dicta tāq̄ plene declarātia vitatē sꝫ tanq̄ q̄dā argumēta ad quādā ꝑticulā veritatis. ℭ Notandū ēt φ cū dr̄ diffinitio ꝛ demr̄atio nec sūt idē: nec vnū est pars alteri⁹. itelligēdū ē de parte subiectiua: nō de pte itegrali. Nā diffinitio est ps itegralis demr̄atiōis cū sit demr̄atiōis mediū vel ꝑncipiū: nō tn̄ est pars subiectiua demōstratiōis: qꝛ nō est demr̄atio neq̄ de ea ꝑdicatur demōstratio.

IPsius aūt qd̄ qd est vtrū sillogism⁹ sit: aut est demōstratio: aut nō est sicut nunc ratio supposuit.

ℭ Postq̄ phs executus ē de qōne q̄rta. vꝫ. quoꝝ sit diffō. ꝛ tertia. vꝫ. qd sit diffō. Hic vt dicebat̄ exeqt̄ de qōne scd̄a. vꝫ. qs ē modus itroductiōnis diffōnis. vtꝝ itroducat̄. s. via sillogistica. Circa quod duo facit: qꝛ p̄ ꝯtinuat se ad qōnē scd̄aꝫ ꝛ ad qōnē p̄maꝫ. 2° exeqt̄ de qōne. 2° ibi. (Sills qdē). Dicit ḡ. (Ipsius aūt qd̄ qd est vtrū sit sillus). i. vtrū via sillogistica itroducat̄: qd̄ q̄rebat qō scd̄a (aut) ipsi⁹ (est demr̄atio) qd̄ q̄rebat qō p̄ma (aut nō ē) demr̄atio ipsi⁹ qd̄ qd est (sicut rō) supi⁹ hita (supposuit). Supponebat. n. q̄dā rō supi⁹ φ qd̄ qd ē i demr̄atiōe supponit̄. nō aūt p demr̄ationeꝫ ꝓbat̄. ꝛ qꝛ sic ē q̄lr sup. hec se habēt. exeqt̄ arguēdo ꝛ opponēdo ꝛ adducēdo argumēta: φ nec via sillogistica ꝑt itroduci: vel ondi φ qd est qd̄ q̄rebat qō scd̄a. Nec ꝑt ēt qd̄ qd ē demr̄ari: nec hēri p demr̄ationē: qd̄ q̄rebat qō p̄ma. ℭ Notādū aūt φ qō scd̄a ē. vtꝝ via sillogistica possit itroduci diffō. Qō āt p̄ma ē spālr vtꝝ diffō demr̄et̄. Cū ḡ sills sit cōioꝛ q̄ demr̄atio: qꝛ ois demr̄atio ē sillus ꝛ nō ecōuerso. qō scd̄a ē gnāliōꝛ q̄ p̄ma. Cū ḡ ait vtꝝ ipsi⁹ qd̄ qd est sit sillus aut demr̄atio. duplr̄ pōt exponi. vno mō φ ꝯtinuet se ad qōnē scd̄aꝫ tm̄: que loquit̄ gnālr de sillō: siue sit demr̄atio: siue non. Alio mō pōt exponi φ cōtinuet se ad vtrāq̄ qōnē od p̄mā ꝛ scd̄aꝫ: vt in littera tactū est. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Sillogismus qdē eni aliqd de aliquo demōstrat per medium.

ℭ Exeqt̄ de qōne scd̄a ondēs φ p sillꝫ nō ꝑt itroduci. i. ondi diffō. ℭ Propter qd̄ sciēdū φ sills simplr̄ ꝛ absolute sūpt⁹ nō ꝑt ondere diffōnē. Si ḡ diffō pōt ondi p sillum oꝫ φ accipiat̄ nō sills qlibet: sꝫ sills debit⁹ ꝛ ordinat⁹ ad talē māꝫ. Videt̄. n. triplex silla hr̄e magnā apparētiā φ possit nos itroducer̄ i diffōnē. ꝛ φ possit ꝯcluder̄ hāc eē diffōnē hui⁹ diffiniti. Vn⁹ ē silla reduplicatiu⁹. Nā si a. cū hac reduplicatiōe i eo qd̄ qd ē: ꝛ cū hac reduplicatiōe ꝯuersiꝫ ꝑdicat̄ de. b. ꝛ. b. cū eisdē reduplicatiōib⁹ ꝑdicetur de. c. ꝯña ē φ. a. cū eisdē reduplicatiōib⁹ ꝑdicat̄ de. c. Si ḡ fiat talis sills. a. in eo qd̄ qd ē. ꝛ ꝯuersiꝫ ꝑdicat̄ d. b. ꝛ. b. i eo qd̄ qd ꝯuersiꝫ ꝑdicat̄ de. c. ꝯcluder̄ φ. a. in eo qd̄ quid ꝛ ꝯuersiꝫ ꝑdicet̄ de. c. sꝫ id qd̄ ꝯuersiꝫ: ꝛ in eo qd̄ qd ꝑdicat̄ de aliquo est diffō eius. ḡ ꝯclusuꝫ est φ. a. sit diffinitio ipsius. c. Per talē ḡ sillꝫ reduplicatiuū videtur φ possit ꝯcludi φ hec sit diffinitio hui⁹ diffiniti. Scd̄us sills qui etiā videt̄ hoc ꝯcludere ē sills diuisiu⁹ g quō si ot i sequētib⁹ apparebit. Terti⁹ sills qui videt̄ ēt h° posse facere ē sills diffinitiu⁹ cuiusmodi ē sills accipiēs diffinitionē diffōnis. Volēs ḡ phs ꝓbare φ nllo mō p sillꝫ pōt ꝯcludi qd̄ quid est. nec ꝓbari φ hec sit diffō huius: tria facit. qꝛ p̄mo ondit φ hoc non pōt fieri per sillm reduplicatiuū. 2° φ nō p sillm diuisiuū. 3° φ nō p sillm diffinitiuū. scd̄a ibi (At vō neq̄ p diuisionē) tertia ibi (Sꝫ vtꝝ sit demr̄abile) Circa p̄mū tria facit. qꝛ p̄° ondit cui⁹ ꝯditiōis sit sillus. 2° declarat q̄ ꝯditiōes reqrūt̄ ad diffinitionē. 3° ex his q̄ dixerat ꝓbat itentū. vꝫ. qd̄ qd est. in eo qd̄ qd est nō possit p sillm reduplicatiuū ꝯcludi. scd̄a ibi. (Sꝫ qd̄ qd est.) tertia ibi. (Si. n. ipsi. c.) Dicit ergo. (Sillus qdē. vel sillus āt demr̄at aliqd de aliquo p mediū). q. d. φ hec ē ꝯditio silli accipe aliqd̄ mediū. ꝛ p illud mediū demr̄are aliqd. i. aliquā maiorē extremitatē de aliquo. i. de minori. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Sed quod quid est ꝓpriū qdem ꝛ in eo qd̄ quid est ꝑdicat̄. Hec aūt necesse est cōuerti.

ℭ Ostēdit q̄ sunt ꝯditiōes diffinitiōis ꝛ ondit φ due sunt dicēs (Sꝫ qd̄ qd ē ꝓpriū quidē est). i. hec ē vna ꝯditio ipsi⁹ qd̄ quid ē. i. ipsi⁹ diffinitionis φ sit qd ꝓpriū (ꝛ i eo qd̄ qd ē ꝑdicat̄). i. hec ē scd̄a ꝯditio ipsi⁹ qd̄ qd est. i. ipsi⁹ diffinitiōis φ ꝑdicet̄ in eo qd̄ qd. Et subdit (hec aūt). i. diffinitio q̄ dicit qd̄ qd ē (necesse est ꝯuerti). i. nec̄e ē φ sit ꝯuertibilis cū suo diffinito. hec vr̄ esse tertia ꝯditio. sꝫ hoc est facere cū p̄ma. idē est. n. esse ꝓpriū ꝛ eē ꝯuertibile. i. ꝑdicari ꝯuertibilr̄. ℭ Dubitaret forte aliqs vtrū sit idē esse ꝓpriū. ꝛ esse ꝯuertibile. ꝛ vr̄ φ nō. qꝛ vltima dr̄ia ꝯuertit̄ cū sua specie. Si. n. anial hn̄s pedes hn̄ diuideret̄ p suas dr̄ias tot eēnt dr̄ie aialis habētis pedes quot eēnt aialia hn̄tia pedes. vel quot eēnt spēs ꝯtente sub tali genere. ꝛ tn̄ dr̄ia nō est qd ꝓpriū. Preterea posset aliquod accidens ꝯuerti cum suo subo. ꝛ tn̄ differt ꝓpriū ꝛ accn̄s. Dicendū φ loquendo de ꝓpo quod cōuenit oi ꝛ soli ꝛ semp. possumus distinguere triplex ꝓpriū vꝫ. diffinitionē. dr̄iaꝫ ꝓpriā. ꝛ p se passionem. Diffinitio eni est qd ꝓpriū dicēs totū essentialiter p modū totius Dr̄ia ꝓpria est quid ꝓpriū non significans totū. sꝫ ꝑdicās de toto essentialiter p modū portis vt p modū forme. Dicit̄. n. dr̄ia ꝑdicari essentialr̄. qꝛ lꝫ habeat quēdaꝫ modū qualē. qꝛ ꝑdicat̄ denoiatiue sm̄ rē. tn̄ dicit qd. Per se aūt passio est qd ꝓpriū nō dicens essentiā rei. sꝫ emanās ex ꝓprijs ꝑncipijs rei. Accidēs isepabile nullo mō est quoddā ꝓpriū. qꝛ nec dicit ꝓpriā essentiam rei. nec emanat ex ꝓprijs ꝑncipijs rei. qꝛ nō emanat ex ꝑncipijs speciei q̄ sunt ꝓpa ꝑncipia rei. sꝫ emanat ex ꝑncipijs idiuidui. Qd̄ vero obycit̄ φ tale accn̄s iseparabile ꝑt eē ꝯuertibile. dici dꝫ φ hoc erit p accn̄s φ tale accn̄s ꝯuertat̄. Nō eni ē hoc p se φ aliqd nō dicēs ꝓpriā eēn-

tiā rei vel nō fluēs ex ꝓꝑys ꝑncipys essentia rei cōuer-
taꝛ cū ipsa re.ꝗꝗd ḡ est ꝓpriū per se ꝯuertibile cū re est
ꝓpriū ipsi⁹ rei. Sȝ ꝓpriū dr̄ multipl'r: vel qꝛ est ꝓꝑa dif
finitio. vel qꝛ est ꝓꝑa dr̄ia. vel qꝛ est ꝓꝑa passio. esse ḡ ꝓ-
priū: ⁊ eē ꝑ se ꝯuertibile vnū ⁊ eādē ꝯditionē dicūt. Hoc
ḡ qḋ addiꝛ ꝙ necesse ē hoc ꝯuerti nō est tertia conditio
differēs a ꝯditiōibus alys. sed est ꝗd expꝛ̄siuū ⁊ manife
statiuā ꝑme ꝯditiōis. Si.n. diffō est ꝗd ꝓꝑꝛ ipsi⁹ diffi-
niti oꝫ ꝙ ꝯuertaꝛ cū ipso. ❡ Deinde cū dicit.

❡ Si eni ipsi.c.a. ꝓpriū est: manifestū est ꝙ ⁊
ipsius.b, ⁊ ipsius.c. quare oīa sunt adinuicē.

❡ Ex his que dixerat ꝓbat intētū. vȝ. ꝙ ꝑ sillm̄ reduplica
tiuū nō ꝑt ꝓbari qḋ ꝗd est in eo qḋ ꝗd est. Circa qḋ duo
facit: qꝛ ꝑ facit qḋ dictū est: ꝙ nō possit hoc fieri. ducēdo
ad icōueniēs volētes hoc facere. i. volētes hoc mō quod
ꝗd est ꝑ sillm̄ ꝯcludere. 2° qḋ dixerat declarat in termi-
nis ibi (Et oīno si est mōstrare). Circa ꝑmū ꝗttuor facit
ꝙ ꝑmo ostēdit ꝗd reqraꝛ in sillō reduplicatiuo ex ꝑma
ꝯditione diffōnis. vȝ. qꝛ diffō est aliqd ꝓpriū ⁊ ꝑdicatur
ꝯuersim. 2° declarat ꝗd requitaꝛ in tali sillō ex ꝯditiōe
scḋa. vȝ ꝙ diffinitio ꝑdicaꝛ in eo qḋ ꝗd est. 3° ꝓbat ꝙ nō
obseruatis illis ꝯditionib⁹ sillō nō poterit ꝯcludere qḋ
ꝗd est in eo qḋ ꝗd est. 4° ⁊ vltimo ex his que dixerat du-
cit ad icōueniēs volētes ꝯcludere qḋ ꝗd est in eo qḋ ꝗd
est ꝑ sillūȝ reduplicatiuū: asserēs hoc nō posse fieri sine
petitione ꝑncipy. scḋa ibi. (At vero si.a.) tertia ibi. (Si
vero aliqs.) ꝗrta ibi. (Si igiꝛ qḋ ꝗd est.) Dicit ḡ. (Si
eni ipsi.c.) i. si ipsi diffinito (est ꝓpriū.a.) i. diffō (mani
festū est ꝙ ipsi.b.) i. ⁊ ipsi diffinita sū. erit ꝗd ꝓpꝛiūȝ (⁊
hoc) i. ꝓꝑꝛ.b. siue ipsiꝫ mediū (c) i. ipsi diffinito sup.
erit ꝗd mediū (quare oīa sunt adinuicē) i. oīa sūt adinui-
cē ꝯuertibilia. ⁊ oīa sūt ꝓꝑa. q.d. ex hac ꝯditiōe prima
ipsi⁹ diffōnis. vȝ. ꝙ diffinitio est ꝗd ꝓpriū ⁊ quid ꝯuerti
bile cū ipso diffinito mediū acceptū ad ꝓbādū diffōneȝ
de diffinito oꝫ eē ꝗd ꝓꝑꝛ ⁊ ꝗd ꝯuertibile cū vtroqȝ ex-
tremoꝝ. Si ḡ.a. i. maior extremitas ꝗ poniꝛ eē diffō. oꝫ
ꝓbari de.c. i. de minori extremitate ꝗ poniꝛ eē ipsū dif-
finitū ꝑ mediū qḋ est.b. oꝫ ipsuȝ.b. sic ipsuȝ mediū esse
ꝗd ꝓpriū ⁊ ꝗd ꝯuertibile cū.a. ⁊ cū.c. i. cū diffōne ⁊ diffi-
nito. oīa ḡ erūt adinuicē ꝯuertibilia. ❡ Dubitaret forte
aliqs vtrū sequaꝛ hec ꝯn̄a ꝙ si mediū est ꝓꝑꝛ ⁊ ꝯuerti
tur cū vtraqȝ extremitate: ꝙ oīa ꝯuertanꝛ. ❡ Dōm ꝙ
ꝯuerti cū aliquo nihil est aliud ꝗȝ eē eq̄le illi. Que eni se
adinuicē nō excedūt illa sūt ꝯuertibilia ⁊ eq̄lia. Sȝ con
stat ꝙ ꝗ vni ⁊ eidē sūt eq̄lia iter se sūt eq̄lia. Cū ḡ idē sit
eē ꝯuertibile ⁊ eq̄le ꝗ vni ⁊ eidē sūt ꝯuertibilia: iter se sꝛ
ꝯuertibilia. Si ḡ mediū ē ꝓpriū ⁊ ꝯūertiꝛ cū vtraqȝ ex-
tremitate. neēe est vtrāqȝ extremitatē adinuicē ꝯuerti.
oīa ḡ erūt adiuicē ꝯuertibilia. ❡ Vlteri⁹ forte dubita-
ret aliqs: qꝛ nō videꝛ adhuc tenere ꝯn̄a ꝓhi: sed videtur
cōtrario se hr̄e. Nō eni ꝓhs supponēdo ꝙ mediū ꝯuer-
taꝛ cū vtraqȝ extremitate arguit ex hoc ꝙ extremita-
tes ꝯuertanꝛ: sed ecōtrario supponēdo ꝙ extremitates
ꝯuertanꝛ ⁊ habeāt se adinuicē: sic ꝓpriū ad id cui⁹ ē ꝓ-
priū. arguit ꝙ oporteat mediū ꝯuerti ⁊ ꝙ oīa sūt adiui-
cē ꝯuertibilia. iō forte dubitaret aliqs vn̄ seqꝛ hec ꝯn̄a.
❡ Dōm ꝙ diffinitio cuȝ ꝑdicaꝛ de diffinito vl'r ⁊ affir-
matiue. nō pōt demr̄ari de eo nisi ꝑ ꝑmā figurā. In sola
āt ꝑma figura ꝑt ꝯcludi vl'is affirmatiua. In ꝑma āt fi-
gura ꝗñcūqȝ extremitates ꝯuertunꝛ iter se. neēe ē ꝯuer
ti mediū cū vtraqȝ extremitate. ⁊ neēe ē tūc oīa eē ꝯuer
tibilia: vt si.a. ꝓbaꝛ de.c. ꝑ mediū.b. in ꝑma figura. ⁊.a. ⁊.c.
sūt ꝯuertibilia. neēe ē.b. ꝯuerti cū vtroqȝ eoꝝ. In sillō
eni vl'i affirmatiuo. si extremitates ꝯuertunꝛ neēe ē oīa
ꝯuertibilia eē. Nā ꝗꝗd ē iter ꝯuertibilia oꝫ ꝙ sit ꝯuer-
tibile: qꝛ ꝗꝗd subyciꝛ vl'r vni ꝯuertibiliū. subyciꝛ vl'r
⁊ alteri. sic etiā ꝗꝗd ꝑdicaꝛ de vno ꝯuertibiliūȝ ꝑdicaꝛ
de altero. Cū ḡ° mediū i ꝑma figura sit sillus affirmati-
uus vl'is ciuiusmodi oꝫ eē sillus ꝯcludēs diffōnē: mediū
subyciꝛ vl'r maiori extremitati: ⁊ ꝑdicaꝛ vl'r de minori.
si extremitates sunt ꝯuertibiles oꝫ ꝙ mediuȝ sit tale ꝙ
possit vl'r subyci ⁊ vl'r ꝑdicari de ꝗlibet extremitate. sȝ
qḋ subyciꝛ vl'r ⁊ ꝑdicaꝛ de aliquo est ꝯuertibile cū illo.
Erit ḡ° mediū ꝯuertibile cuȝ ꝗlibet extremitate: ꝓꝑ qḋ
oīa erūt ꝯuertibilia. Ex hac ḡ° ꝯditiōe qꝛ diffō ꝑdicaꝛ vt
ꝓꝑꝛ: ⁊ vt ꝗd ꝯuertibile cū diffinito. seqꝛ ꝙ nō possit cō
cludi diffinitio vniuersaliter de suo diffinito nisi mediū
etiā accipiaꝛ ꝓpriū ⁊ cōuertibile: ⁊ nisi oīa sint cōuerti-
bilia. ❡ Deinde cum dicit.

❡ At vero ⁊ si.a. in eo qḋ quid est in omni.b.
⁊ vl'r.b. de omni.c. qḋ ꝗd est di. Necesse est
⁊.a. in eo qḋ quid est de.c. dici.

❡ Ostēdit ꝗd requiraꝛ in sillō reduplicatiuo ex scḋa ꝯdi-
tiōe diffōnis. vȝ. ꝙ diffō ꝑdicaꝛ in eo qḋ ꝗd. nā sicut ꝗa
diffinitio predicatur vt ꝓpriū ⁊ cōuersim nō potest hoc
modo cōcludi de diffinito: nisi mediuȝ cōuertatur cum
vtraqȝ extremitate. ⁊ nisi oīa sint ꝯuertibilia. sic qꝛ diffi
nitio ꝑdicaꝛ in eo qḋ ꝗd nō poterit ꝯcludi de diffinito.
vȝ. i eo qḋ ꝗd. nisi in vtraqȝ extremitate. siue in vtraqȝ
ꝑmissarū accipiaꝛ hec reduplicatio in eo qḋ ꝗd. Iō ait
(at vō si a.) i. maior extremitas (i eo qḋ ꝗd ē in oi.b.)
i. i oi medio (⁊.b. vl'r) i. mediū (dē in eo qḋ ē de oi.c.)
i. de oi minori extremitate (necesse est) igiꝛ hoc ꝗdem
(⁊.a. i eo qḋ ꝗd ē d.c. dici (.q.d. ꝙ nō ꝑt.a. i. maior extre
mitas. siue diffinitio ꝯcludi de.c. i. de minori extremita
te siue de diffinito i eo qḋ ꝗd ē. nisi accipiaꝛ in vtraqȝ ꝑ-
missarū hec reduplicatio i eo qḋ ꝗd ē. ❡ Deīde cū dic.

❡ Si vero nō aliquis sic accipiet duplicās: nō
necesse erit.a. dē.c. ꝑdicari in eo quod ꝗd ē.
Si aūt.a. quidē de.b. in eo qḋ quid ē non de
quibuscūqȝ aūt ipsum.c.b, in eo qḋ quid est.
ipsum aūt qḋ ꝗd est vtrūqȝ hoc habebit. erit
ergo ⁊.b. ipsius.c. quod quid est.

❡ Ostēdit ꝙ nō obseruatis his ꝯditiōib⁹ ⁊ nō accepta tali
reduplicatiōe i vtraqȝ ꝑmissaꝝ ꝙ nō fiet ꝯclō in eo qḋ
ꝗd. iō ait ꝙ (si vō aliqs nō accipit sic reduplicās) maio-
rē extremitatē de medio. vel nō sic reduplicās maiorē
ꝓpositionē (nō necesse ē.a. ꝑdicari de.c. i eo qḋ ꝗdē ē.)
Et subdit ꝙ (neqȝ de ꝗb⁹.c. ꝗdē.b. in eo qḋ quid ē) i. si
nō accipit.b.c. i. minorē i eo qḋ ꝗd ē. sup. nō erit ꝯclō in
eo qḋ ꝗd ē. Ad hoc ḡ ꝙ sit ꝯclō i eo qḋ ꝗd ē. oꝫ vtrāqȝ ꝑ-
missarū eē i eo qḋ ꝗd. Iō subdit ꝙ (ipm̄ aūt qḋ quid est
hēbit vtrāqȝ) sup. ꝑmissaꝝ. ⁊ seqꝛ in lr̄a (erit itaqȝ.b. de
.c. i eo qḋ ꝗd ē).q.d. si oꝫ eē ꝯclō i eo qḋ quid ē. nō soluȝ
maior. vt.a.b. sȝ et mior. s.b.c. erit i eo qḋ quid ē. ❡ No-
tādū ēt ꝙ aliḋ ē ꝯcludere quid ⁊ aliud ē ꝯcludere quid
in eo qḋ quid. vel qḋ idē est aliud est ꝯcludere diffinitio-
nē. ⁊ aliud est ꝯcludere diffinitionem in eo ꝙ diffinitio.
Pōt.n. ꝯtingere ꝙ ꝯcludaꝛ aliqua diffinitio de aliquo:
nō tñ ꝯcludeꝛ vt diffinitio eius siue in eo ꝙ diffinitio.
nisi in vtraqȝ ꝑmissaꝝ recipiaꝛ hec reduplicatio expꝛ̄sse.
vȝ. i eo quod ꝗd. vel i eo ꝙ diffinitio. vt si aīal bipes est
diffinitio hōis. ⁊ fiat talis sillus. oīs hō est aīal bipes. oē
risibile est homo. ergo omne risibile est aīal bipes. hoc
aīal bipes quod positum est eē quedam diffinitio con-
cludiꝛ de risibili. sȝ nō in eo ꝙ diffinitio. nō ē.n. ei⁹ diffi-
nitio. qꝛ i ꝑmissis nō fuit accepta hec reduplicatio in eo
ꝙ diffinitio. ⁊ si fuisset accepta fuissȝ falsa. imo dato ꝙ

al bipes eēt diffinitio risibilis. nō posset ɔcludi de eo tanꝙ diffinitio eiꝰ: nisi ī vtraqꝫ pmissarū: vt dicebat̄ acciperet̄ exp̄sse hec reduplicatio. Sic ḡ fiat talis sillꝰs. a. p̄dicat̄ de oī. b. in eo ꝙ diffō: ⁊ b. de oī. c. in eo ꝙ diffō. ḡ a. de oī. c. in eo ꝙ diffō. ¶ Notādū ēt ꝙ in eo qđ qd pōt sumi vel large: vel ꝓprie. Large qdē. oē p̄dicatū subale p̄dicat̄ in eo qđ qd. ⁊ sic accipiēdo in eo qđ qd. nō sufficit hec reduplicatio sola ad ɔcludēdū diffōnē de diffinito. qꝛ nō oē p̄dicatū subale est diffō. sic ḡ accipiēdo in eo qđ qd. oꝫ sil' cū hac ɔditiōe addere ɔditionē aliā. vꝫ. ɔuersim. nam quicquid predicatur conuersim. ⁊ in eo quod quid est diffinitio. genus enī lꝫ predicet̄ in eo quod qd nō p̄dicat̄ ɔuersim. dr̄ia aūt ⁊ si pōt p̄dicari ɔuersim. nō p̄dicat̄ in eo qđ qd. Sola ḡ diffō hꝫ has duas ɔditiōes. Zꝰ mō pt accipi in eo qđ qd qđ dicit totā q̄ditatē rei: ⁊ sic sola diffō p̄dicat̄ ī eo qđ qd de spē. Alia aūt p̄dicata substātialia cuiusmodi sūt genꝰ p se: vel dr̄ia p se. dicunt̄ nō dicere totā q̄ditatē: qꝛ nō dicūt eā p modū totꝰ. Inde ē ḡ ꝙ phs supra ad ɔcludēdū diffōnē de diffinito sustētatus est sup duabꝰ reduplicatiōibꝰ. vꝫ. sup eo qđ qd ē. ⁊ super ꝓpriū: siue sup ɔuersim: qꝛ si accipiat̄ qđ qd large n̄ sufficit ad ɔcludēdū diffōnē: nisi supaddat̄ ibi ɔuersim Hic aūt visus est sustētari solū sup qđ qd ē: qꝛ si accipiat̄ qđ qd ē: vt dicit totā q̄ditatē: ⁊ vt dicit ipsaꝫ diffōnē sufficit hꝰ sola reduplicatio. Suffic̄. n. ꝙ. a. p̄dicat̄ de. b. ī eo qđ qd est: siue in eo ꝙ diffinitio. ⁊ b. de. c. in eo qđ qd. i. in eo ꝙ diffinitio. ad hoc ꝙ. a. ɔcludat̄ p̄dicari de. c. ī eo ꝙ diffinitio. ¶ Deide cū dicit.

¶ Si igit̄ quid est ⁊ qđ qd erat eē vtraqꝫ hn̄t in medio: erit prius qđ qd erat esse.

¶ Ex his que dixerat dicit ad īcōueniēs volēs ɔcludere qđ qd est in eo qđ qd est p sillꝫ reduplicatiuū. d. (si ḡ qđ qd est). i. diffinitio. su. sꝫ ꝙ hꝰ dꝫ ɔcludi de diffinito (⁊ qđ qd erat eē vtraqꝫ habet̄). q. d. ꝙ nō pt ɔcludi qđ qd ē. i. diffinitio sꝫ ꝙ huiꝰ: nisi vtraqꝫ pmissarū habeat hanc reduplicationē qđ qd erat eē. In vtraqꝫ ḡ pmissarū accipiet̄ hec reduplicatio in eo qđ qd. siue in eo ꝙ diffō. ⁊ qꝛ sic est (in medio erit p̄us qđ qd erat eē). i. supponit̄ qđ ēꝫ pbari. ipsū enī mediū p̄us sūptū erat ipsuꝫ qđ qd est. ꝓbabit̄ ḡ qđ qd est p qđ qd ē: ⁊ sic erit idē p idē petitio pncipij. ¶ Dubitaret forte aliqs vtꝝ reduplicatio possit esse ipsiꝰ medij. ⁊ videt̄ ꝙ sic p phm h̄ dicētē qđ qd ē. i. reduplicatio erit ī medio. i. erit ipsiꝰ medij. ¶ In ɔtriū est aūt idē phs in lib. p̄oꝝ in ca. reduplicatiuū autē. vbi vult ꝙ reduplicatio sit ipsius maioris extremitatis: nō medij. ¶ Dōm ꝙ cū q̄rit̄ cuiꝰ sit reduplicatio. hoc dem pōt hr̄e duplicē īrellectū. vel cuiꝰ sit tanꝙ eius qđ reduplicat̄. vel cuius sit tanꝙ eiꝰ cuius sit cōditio. Primo mō reduplicatio ē subti: qꝛ semp reduplicat̄ ipsuꝫ subꝫ. Nā si dicat̄ ꝙ iusticia sit bona: qm̄ bonū: ita ꝙ reduplicetur ipsuꝫ p̄dicatū erit falsuꝫ ⁊ nō ītelligibile. Reduplicat̄ ḡ semp ipsuꝫ subm̄. attn̄ reduplicatio ē ɔditio p̄dicati. Reduplicatio ḡ nunꝙ est ɔditio medij put mediū ponit̄ in subto: qꝛ nunꝙ est ɔditio subti: sed p̄dicati. pōt tn̄ eē ipsius medij positi in subto. nō tanꝙ eius cuiꝰ est ɔditio: sed tanꝙ eius qđ replicat̄. ¶ Ulteriꝰ forte dubitaret aliqs q̄re reduplicatio sit ipsiꝰ subiecti tanꝙ eius qđ reduplicat̄. nō tn̄ sit ɔditio subiecti: sꝫ p̄dicati. ¶ Dōm ꝙ reduplicatio dicit quēdā modū īherētie. dicit enī inherētiaꝫ pcisaꝫ. hoc. n. mō triāgulus hꝫ tres in eo ꝙ triāgulus: qꝛ hr̄e tres īest triāgulo pcise: qꝛ cuicūꝙ inest hoc est p triāgulū. De ipsa ḡ inherētia posset esse duplex q̄stio. vna cuiꝰ sit ɔditio: ⁊ hēc ē plana r̄nsio. certū ē enī ꝙ ē ɔditio p̄dicati reduplicatio. p̄dicatū. n. īest n̄ subꝫ. Si ḡ īherētia ē cōditio p̄dicatio q̄ dicit quēdā sp̄alē modū īherētie erit ēt cōditio p̄dicati: qꝛ cuiꝰ ɔditio est res eiꝰ ɔditio est ⁊ modus rei: ⁊ sic loquēdo de reduplicatiōe: vel de īherētia dr̄ eē maioris extremitatis q̄ hꝫ rōnē p̄dicati: nō medij: qꝛ respectu eiꝰ hꝫ rōnē subti. Alio mō pōt eē qđ de ipsa īherētia: nō cuiꝰ sit ɔditio: sꝫ a quo dependet: ⁊ ī quo hēat esse eiꝰ cā. ⁊ sic īherētia vl' reduplicatio q̄ dic̄ quēdā modū īherētie ē ipsiꝰ subti nō p̄dicati: lꝫ. n. ipsū p̄dicatū īhereat: cā tamē ipsiꝰ īherentie nō est in p̄dicato: sed in subiecto. habere enī tres inest ipsi triāgulo. causa tn̄ ipsiꝰ inherētie nō est in ipso hr̄e tres sꝫ in ipso triāgulo. Semp enī in subto est q̄rēda cā eoꝝ q̄ sūt in subto. In illo enī est q̄rēda cā aliciuꝰ in quo hꝫ eē illud. Cū ḡ ipsuꝫ p̄dicatū insit ipsi subto: nō subm̄ p̄dicato. cā huius inherētie q̄rēda ē in subiecto nō in p̄dicato. Semp. n. subm̄ ītelligit̄ tanꝙ fundamētū: ⁊ alia tanꝙ adueniētia sibi. accipiēdo adueniētia large: siue adueniant accn̄taliter: siue subaliter. Causa aūt adueniētie siue aduenītis accipiēda est nō in eo qđ aduenit: sꝫ in eo cui aduenit. Nō enī querēda est cā ī febre q̄re ista aduenerit: sed in febricitāte: vt si sit talis ex replciōe: nō erit ꝓpe febris repleta: sꝫ febricitās: nisi forte tale esset adueniēs ꝙ eēt p se existēs: sicut locatuꝫ venit ad locū. tale. n. adueniēs hꝫ in seipso cāꝫ sui aduentꝰ. Sꝫ id qđ nō est p se exn̄s. sꝫ ītelligit̄ eē ī alio: sicut p̄dicata sūt in subiecto. tūc ī ipso subiecto q̄renda est cā talis īherētie. Fm̄ ḡ hūc modū loqt̄ phs ī p̄oribꝰ ꝙ dicere iusticiā eē bonū qm̄ bonū. est falsū ⁊ n̄ ītelligibile. Nā nō ē querēda cā ī ipso bono q̄re p̄dicet̄ d' iusticia: sꝫ ī ipsa iusticia est q̄renda cā q̄re subijciat̄ bono. Illud vō qđ reduplicat̄ designat ī se hr̄e cāꝫ inherētie. ⁊ iō sp reduplicat̄ subm̄. vt triāgulus hꝫ tres ī eo ꝙ triāgulus. Sꝫ reduplicatio lꝫ hēat cām in subo. ⁊ lꝫ reduplicet̄ subm̄ est tn̄ cū sit q̄dā īherētia ɔditio p̄dicati. Ex quo ē diligēter aduertēdū ꝙ si bn̄ ordinate fiat reduplicatio dꝫ reduplicari subm̄. sꝫ dꝫ poni reduplicatio ex pte p̄dicati vt in exēplo p̄allegato triāgulus se tenet ex pte subiecti sed hr̄e tres ī eo ꝙ triāgulus totū hoc se tenet ex pte p̄dicati. put ḡ reduplicat̄ subm̄: datur ītelligi ꝙ in ipso sit reduplicatiōis cā. sꝫ put reduplicatio se tenet ex pte p̄dicati: dat̄ ītelligi ꝙ sit eiꝰ ɔditio. ¶ Ulteriꝰ forte dubitaret aliqs. vtꝝ aliqn̄ possit reduplicari ipm̄ p̄dicatū. ⁊ vr̄ ꝙ nō. p textū phi supra allegatū. vꝫ. ꝙ dicere iusticiā eē bonū qm̄ bonū. est falsū. ⁊ nō ē ītelligibile. ¶ In ɔtriū ē qꝛ diximꝰ ꝙ diffinitio ī eo ꝙ diffinitio p̄dicat̄. ⁊ qđ qd ē in eo ꝙ qđ qd est p̄dicat̄. ḡ ipꝫ p̄dicatū. vꝫ. qđ qd ē hic reduplicat̄. ⁊ dr̄ p̄dicari in eo qđ qd est. ¶ Dōꝫ ꝙ si illud qđ reduplicatur. vt patuit dicit id in quo est cā reduplicationis nunꝙ reduplicabit̄ p̄dicatū sed subm̄. qꝛ vt dicebat̄ lꝫ predicatū insit: cā tn̄ inherentie querēda est in subiecto. ⁊ qđ dr̄ qꝛ qđ qd est in eo quod qd est p̄dicat̄. ⁊ diffinitio in eo ꝙ diffinitio predicat̄. dici pōt ꝙ in hac oratiōe ipsa diffinitio q̄ dr̄ esse p̄dicatū induit rationeꝫ subiecti. Nā sicut cū dicimus triangulus. ī in eo ꝙ triangulus hꝫ tres est sensus. ꝙ ipsi triangulo tanꝙ subiecto cōpetit hec passio hr̄e tres fm̄ se. sic cū dicimꝰ diffinitio p̄dicat̄ in eo ꝙ diffinitio ē sensus. ꝙ ipsi diffinitioni cōpetit hec ꝓpetas q̄ est p̄dicari d' diffinito fm̄ se. Sꝫ hec solutio ē ad hoīeꝫ. ¶ Et iō dicendū est alr̄ ⁊ melius ꝙ nunꝙ p̄dicatū reduplicatur fm̄ se. vnde nec est verum dicere ꝙ hō est aīal ī eo ꝙ aīal. nec ē veꝝ dicere ꝙ aīal p̄dicat̄ de hoīe ī eo ꝙ aīal. Idē est. n. dicer̄ vnū ꝙ aliud q̄ sit diffinitio ī eo ꝙ diffinitio p̄dicet̄. ipm̄ p̄dicatū reduplicaret̄. Cū ergo dr̄ ꝙ diffō p̄dicat̄ de diffinito in eo ꝙ diffinitio equiuocatur ibi ī diffinitione. Nam si nō esset ibi equocatio falsū esset quod dicit̄. Unde si accipiatur talis reduplicatio modo nō equocostati apparebit falsitas in dicto: vt si diceret̄ aīal bipes p̄dicat̄ de hoīe ī eo

